

EX LIBRIS
GILBERT
MURRAY
VERITAS LIBERABIT
BONITAS REGNABIT

Gilbert Murray

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΠΛΟΥΤΟΣ.

ARISTOPHANIS COMOEDIA PLUTUS.

ADIECTA SUNT SCHOLIA VETUSTA.

RECOGNOVIT AD VETERES MEMBRANAS, VARIIS LECTIONIBUS AC NOTIS INSTRUXIT, ET SCHOLIASTAS LOCUPLETAVIT

TIBERIUS HEMSTERHUIS.

EDITIO NOVA
APPENDICE AUCTA.

LIPSIAE
SUMTIBUS GERH. FLEISCHER IUN.
1811.

ILLUSTRISSIMIS

ACADEMIAE BATAVAE,

QUAE LUGDUNI EST,

CURATORIBUS,

VIRIS

IMAGINUM, MUNERUM, MERITORUM
GLORIA SPLENDIDISSIMIS,

IOHANNI HENRICO
COMITI WASSENARIO,

DOMINO WASSENARIAE, OPDAMI, HENSBROEKAE, SPIERDYKI, ZUIDWYKAE, KERNHEMI, LAGAE, ETC. ETC. ETC. EQUITI ORDINIS IOHANNEI, EQUESTRIS HOLLANDIAE ORDINIS MEMBRO, DELEGATI SENATUS PRAESIDI, ETC. ETC. ETC.

IOHANNI VAN DE POLL, I. C.

CIVITATIS AMSTELODAMENSIS CONSULI, ETC. ETC.

PAULO LE LEU DE WILHEM, I. C.

DOMINO BESOOIAE, CIVITATIS ROTERODAMENSIS CONSULI, ETC. ETC.

EORUMQUE COLLEGIS,

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQUE

V I R I S,

CIVITATIS LUGDUNENSIS

C O N S U L I B U S,

GERHARDO AEMILIO

VAN HOOGEVEEN, I. C.

SEXTUM CONSULI CONSULARISQUE COLLEGII CUM MAXIME PRAESIDI, AGGERUM ET AQUARUM WOERDENARUM SUPREMO PRAEFECTO, ARCIS WOERDENAE CASTELLANO, ETC. ETC.

IOHANNI VAN DEN BERGH, I. C.

OCTAVUM ET DECIMUM CONSULI, RHENOLANDIAE PRAETORI SUMMO, AGGERUMQUE IBIDEM ET VIARUM PUBLICARUM PRAEFECTO, ETC. ETC.

DIDERICO DE RAET, I. C.

TERTIUM CONSULI, RHENOLANDIAE QUAESTORI, ETC. ETC.

NICOLAO VAN DE VELDE, I. C.

SECUNDUM CONSULI.

NEC NON

SPECTATISSIMO CONSULTISSIMOQUE

V I R O

DAVIDI VAN ROYEN, I. C.

REIPUBLICAE LUGDUNENSI A SECRETIS, ITEMQUE ILLUSTRI CURATORUM CONSULUMQUE COLLEGIO A CONSILIIS ET ACTIS.

OPTIMATES MAGNIFICI,

Libellus, quem ad Vos defero dedicoque, est ille quidem molis exiguae, pretii, si quis ita velit, non maximi: sed idem peridoneus tamen, ex quo iuvenes humanitatis excolendae cupidi veteres illas, atque ab ipsa velut natura profectas Atticorum elegantias percipiant. Comoediam complectitur, (Comoediam, quaeso, ne fastidiatis, quod speculum esse vitae morumque humanorum sapientes etiam censuerunt) quae Aristophanem habet auctorem; hominem ut acri limatissimoque praeditum ingenio, sic mirifica quadam nativi lepôris festivarumque facetiarum venustate perpolitum: quas sane dotes nisi quis domo, et

suo

secum quasi simul in lucem editas adtulerit, in exornanda scena perennibusque monumentis illustranda frustra laborabit. Verum praeterea rerum civilium in Eodem non mediocris et paene singularis peritia relucet, atque animus insuper, quod equidem haud ultima laudis in parte ponendum reor, turbulentis malisque civibus, quorum Athenis nimium benigna fuit copia, alienus et infestus. Atheniensium certe Rempublicam, illam magnis virtutibus et vitiis non ita multum Nostrae dissimilem, tam vivis coloribus depictam expressit, ut aliunde melius eam cognosci penitusque introspici posse, quam ex Huius lectitatis diligenter fabulis negaverit Plato. Fuit igitur olim illud tempus, quum in contubernium adscitus principum virorum manibus tereretur, suumque illis sermonem, Graecum inquam, qui Libertatis ipsius ore dignus est, ac sententias jucundo sale conditas in aures animosque insereret. Nunc adeo res rediit, ut in splendida satis fortuna versari videatur Ari-

stophanes, si adolescentes nitido Vene-
rum Atticarum succo inbuendi munere
fungatur: nec temere profecto quisquam
infitias iverit, fontem eius cognitionis,
quam qui spernere videri volunt, illi
etiam ipsi saepe sero requirunt, nusquam
scaturire limpidiorem. Huius ergo lin-
guae politissimae cura quum ad partes,
quas in Athenaeo Vestro Vestris, Viri
Perillustres, auspiciis administro, per-
tineat, operae me duxi facturum esse
pretium, si fabulam doctissimi artificis
unam, eamque ore non paulo, quam sint
reliquae, probiore, nonnihil opera mea
castigatam emendatamque publicos in
usus depromerem. Qua quidem in re
quum nihil aliud, quam utilitatem qua-
lemcumque ad alios, praesertim discipli-
nae nostrae alumnos, redundaturam spe-
ctaverim, non est ut verear, ne institu-
tum meum Vobis, Excellentissimi
Viri, minus adprobare possim, Qui,
quicquid cum aliquo fructu doctrinarum
profectuumque iuvenilium est conjun-
ctum, gratum habere arctissimeque com-

plecti soletis. Imo quanquam ea nunc vivamus tempora, quibus mentes cogitationesque Vestrae videantur in Reipublicae summa totae defigendae, ab omnique cura rerum aliarum ad Patriae statum libertatemque constabiliendam revocandae, tamen ne sic quidem deduci Vos abstrahique patimini, quo minus Academiae, quam prudentissime non vilem Reipublicae partem existimatis, studiorumque commodis invigiletis: quo nescio an quicquam ad illum Vestrum laboris eruditi amorem declarandum illustrius atque expressius adferri possit. Ego voluntatis huius Vestrae propensissimae fiducia causas, cur hoc observantiae venerationisque meae pignus ad Vestros pedes deponam, quae mihi multis nominibus Vobis obstricto et variae sunt, et minime leves, enarrare non instituam, ne maiorem officii mei, quam personarum Vestrarum dignitatisque rationem habuisse videar. Illud praeterire tamen non possum, quin verbo dicam, hoc munusculum vel eo titulo Vobis de-

beri, quod, quicquid a Thesauro Bibliothecae Vestrae, illius ditissimae, inmensoque memoriae veteris adparatu praefulgentis, expensum Aristophani tuleram, id benevolentiae Vestrae laudabili atque humanitati acceptum omnino referri optimo jure conveniret: poterat haec vel sola commendatio eo valere, ut gratiam apud Vos, NOBILISSIMI PROCERES, tenue per se donum nonnullam ferat. Animum certe donantis non adspernabimini Vestris praeclaris et in excelso collocatis virtutibus addictissimum; in quibus commemorandis, licet homini diserto citra suspicionem adulationis ullam, quod est difficillimum, campus ingens hic pateret, non sequar morem tralaticium, nec committam, ut dignus videar prisci proverbii nota, quod accendere Soli lumen vetuit: Vos enim, quia veris maximorum meritorum decoribus abundatis, pro sapientia et gravitate Vestra libenter inanibus istis verborum laudationumque pigmentis et aequo animo caretis, satis securi, solidam atque incor-

ruptam gloriam tanquam imaginem virtuti Vestrae ad omnem posterorum aetatem esse resonaturam. Valete, VIRI SUMMI, remque publicam et privatam secundo Numine feliciter gerite. Lugd. in Batavis ipsis Kalendis Septembr. CIↃIↃCCXLIV.

ILLUSTRISSIMIS NOMINIBUS VESTRIS

Deditissimus

TIBERIUS HEMSTERHUIS.

AEQUO LECTORI
S. D.
TI. HEMSTERHUIS.

Editionem hanc Aristophanei Pluti voluntas peperit inserviendi studiis optimorum juvenum, quibus res Graecae cultissimique sermonis nitor sincerus sunt cordi. Eam ob causam hinc est semota versio Latina, ut ex ipsis fontibus vim linguae puriorem haurire consuescant: additus etiam Scholiastes, ne fugeret eos illorum veterum Enarratorum stylus, cuius cognoscendi, quod sane, si quis severa disciplinae lege proficere cupiat, per est necessarium, in hoc rudimento facilem aditum habituri videbantur; maxime si vox praemonstrantis accesserit. Principio animus erat breviter hac opera defungi, notandisque lectionum ex diversis, quae mihi suppeditabant, Editionibus collectarum varietatibus esse contentum: deinde conducibilius sum arbitratus nonnihil observationum adspergere, quae lucem aliquam cum quibusdam loquendi formulis, tum rebus ipsis inferrent. Antiqua vero

Scholia videbantur in primis hac cura indigere, quippe quae vulgo paulo negligentius tractari soleant, eumque in modum a Viris Eruditissimis ad partes vocentur, quasi omnia forent unius auctoris, eiusdemque pretii, et nihil plane referret, quid inde ad conciliandam dictis fidem peteretur. Equidem ad fructum literarum Graecarum permagni interesse censui, ut ipsi tirones intelligerent in studiorum vestibulo, quanti sit vetusta a recentioribus, a genuinis spuria, aurea a quocumque deterioris metalli genere secerni. Praeterea saepe contingit, tales Grammaticorum interpretationes proponi, quae a receptis scriptorum lectionibus tam longe abeant, ut nullis machinis eo reflecti possint atque adduci: quod, si sedulo fuerit perpensum, sponte homini paulo perspicaciori cogitationem eam subiiciet, aliud quiddam olim extitisse, cui talis explicatio congruat. Hoc igitur aperto fonte, qui maximam partem ante fuerat obturatus, largam ingenii occupandi acuteque de veteri et abolita iam dudum lectione coniectandi materiem excitasse videor: nam quod in his nostris Pluti Enarratoribus saepenumero conatus sum, idem multo foecundius reliquis in Scholiis ad Comicum, et in omnibus plane Grammaticorum ad veteres scriptores commentariis, quanticumque sint momenti, tentari, nec sine egregio quidem literarum emolumento, potest. Magnum autem Edi-

tioni nostrae decus accessit a beneficio Viri Praestantissimi I. Phil. D'Orvillii, in quo cum singulari et exquisita doctrina certat insigne de Musarum cultoribus bene merendi studium, copiasque suas, quibus ad omnes Antiquitatis partes ornandas instructissimis abundat, subministrandi voluntas paratissima: is itaque, quum consilii nostri rationem accepisset, scriptum manu Codicem nobiscum communicavit, non illum quidem pervetustum primaeque bonitatis, utpote qui sit demum exaratus anno seculi quinti decimi primo et trigesimo, inque calce praeferat arcano illo scribendi genere, quod ex ordine literarum inverso conficitur, enodatumque est a Bern. Montefalconio Palaeogr. Graec. IV, 5. *Δημητρίῳ τῷ Ξανθοπούλῳ τῷ ὄντι καὶ ἰατρῷ*, subiecto temporis eo, quod dixi, indicio: quem ego Demetrium, quis sit homo, iuxta cum ignarissimis scio: non optimum ergo, sed valde tamen utilem, multisque in locis minime contemnendum, cuius subsidio Aristophanis non pauca fateare magis enituisse. Forte dixerit aliquis, scrupulosius, quam par sit, ipsas etiam mendas illius Codicis a nobis fuisse recensitas: cui quod respondeam, nihil aliud habeo, quam maluisse me obiecti criminis, si modo crimen est, culpam subire, quam diligentiam desiderari. Idem liber marginibus inscripta scholia praebet initio satis ampla, sub finem multo rariora eius generis, qualia

Fracinus a Graecis recentioribus profecta in Editionem Florentinam invexit: quamobrem nihil ibi reperias ex vetustioribus illis vel Scriptorum, vel Grammaticorum monumentis, quae barbari seculi labes oppressit, derivatum: nec tamen poenituit, quaedam inde praecerpta vulgatis scholiis immiscuisse, ut suo quoque loco notatum invenies. Porro, quemadmodum in libris, qui propius aetatem eruditionis instauratae sunt scripti, conspici fere solet, interiectae versibus aderant interpretationes haud sane maximi ponderis, sed quas tamen plerasque, iam tritum ab aliis morem secutus, notis insertas exhibere non inconsultum duxi, tum quod sensus aliquot obscuriores satis commode declararent, tum praecipue quod vetustis Comici vocibus novitia Graeciae recentioris verba forent adposita, eaque nonnunquam, quae laboriosam Eruditissimi Du Cangii diligentiam effugissent; licet ipse non raro Glossas ad Plutum Aristophanis MSS. usurpaverit, ex iisque solis quaedam serioris aevi vocabula produxerit. Id genus in proprium Indicem conferre, quaeque Virum Eximium praeterierant antefixo stellulae signo distinguere, non alienum putavi. Quum iam alio sub coelo opusculum hocce ad metam properaret, egoque interea sedibus mutatis Lugdunum Batavorum migrassem, obtulit mihi locuples illa Batavae Academiae Bibliotheca Pluti Aristophanei

Codicem MS. alterum, qui recens admodum, et ad D'Orvillianum non comparandus in nonnullis tamen profuit: chartas enim vel recentissimas haud temere quis paulo consideratius verset, quin aliquid inde lucri saltem colligatur. Eum librum adhibere coepi p. 381. reliqua, quae praecedunt, tum daturus, si suffragia labori nostro non adversa editionis olim iterandae facultatem concesserint. Aliud etiam ex eadem Bibliotheca commodum insigne percepi: nam quum singulis propemodum paginis Suidas esset testis advocandus, neque me fugeret in forulis istis librariis Codicem eius eximium adservari, tenere me non potui, quin illum consulerem, et, quae publica notitia non viderentur indigna, in medium efferrem. Hinc adeo factum est, ut nostrae adnotationes ad metam, ubi aliorum contra deficere fere solent, et brevius in spatium coarctari, pleniores exierint: quod ego Lectorem, si animum hac etiam parte iuvandi literas intueatur, lenius esse laturum spero. Ab his praesidiis instructus priscas tamen Editiones, quarum magnam partem copia nobis est ab Ornatissimo D'Orvillio facta, non omnino esse secludendas existimavi; non quod inde singularem aliquam utilitatem expectarem: nam pleraeque sunt ad vetustiorum unam aut alteram ita compositae, ut eas totas de verbo ad verbum reddant, quinimo saepius prioribus men-

dis novas adcumulent: sed quod nihil praetermittendum videretur, ex quo cultus aliquis Comico nostro posset conciliari. Editione Aldina principe perquam studiose sumus usi, quae ut tempore, sic fide et adcuratione ceteras antecedit. Marco Musuro Cretensi, cuius vigiliis ac labori castigatissimum opus debetur, egregius aliquis Codex, aut plures ad manus fuerint oportet; itidemque Scholia genuinae vetustatis signo inpressa, cuiusmodi, nisi in membranis obsoletioribus, sola et sincera vix inveniri solent: verum, ut mos erat haud sane laudandus illius aetatis, quibus adiumentis suffultus ad curandum Aristophanem accesserit, quas adhibuerit membranas, unas an plures et unde sumtas, commemorare operae non putavit; nisi quod Aldi Manutii liberalitatem, quae omnibus est elegantiae veteris admiratoribus magna cum eius laude perspectissima, et sumtuum in conquirendis subsidiis largitatem meritis praeconiis extollat. Secutus est Antonius Fracinus Varchiensis, qui *recognovit Aristophanis*, illum audis ipsum loquentem, *Comicorum omnium lepidissimi, novem Comoedias, vere Graeci candoris eloquiique delitias, cum sale suo, lepore, politissimisque facetiis delectet multum, sententiarum vero luminibus plurimum prodesse possit, ad hoc Arsenii Cretensis Archiepiscopi Monembasiae magna eruditione viri acerrimo iudicio usus, dum*

is *Florentiae adolescentulos illos, quos Leo Pont. Max. ad reparandam Graecae linguae iacturam ex media Graecia arcessiverat, instituit. In qua quidem recognitione hoc in primis gloriari licet, nos omnium primos in Comoedia cui titulus est* Εἰρήνη *ad sexaginta versiculos nostra diligentia repertos restituisse.* Qui de restitutis sexaginta versibus tam inpense gloriatur, exputare non possum, quid causae sit, cur duas fabulas Lysistratae, et Cereris sacra celebrantium feminarum, decennio iam ante per Bernardum Iuntam, et Florentiae quidem, vulgatas omiserit. Hic autem, sive is potius Arsenius est censendus, nuper demum scriptis peiorisque notae libris obsecutus, ut ex Codice D'Orvilliano perspicue didicimus, ab Aldino exemplari non raro discessit, deterioremque lectionem nativae supposuit: Scholia vero sunt illa quidem ditata, sed eiusmodi novarum accessionum adsumentis, quae aevi serioris intereuntem doctrinam, et ornatu prisco denudatam manifesto fateantur. Postmodum has utrasque, Aldinam inquam et Florentinam, Sigismundus Gelenius, Vir doctrinae lumine praeclarus, expressit eum in modum, ut in Aristophanis, quem vocamus, contextu M. Musuri magistri curam revereretur; in Scholiis paulo liberius, quae vitiis viderentur infecta, corrigeret, solo nimirum ingenio fretus:

nam a primis istis, quas memoravi, binis Editionibus, nemo unus, ut nitidius elimaret Aristophanem, chartas veteres in consilium adhibuit ad Ludolphum usque Kusterum; qui quamvis ceteros omnes longo post se intervallo reliquerit, si tamen eruditionem adcuratamque Graecae Linguae scientiam, qua mirum in modum excellebat, cura voluisset, et aequabiliter fusa per universas operis suscepti partes diligentia cumulare, non dubitet, qui rem propius inspexerit, quin melius etiam aliquanto, quam fecit, de literis Graecis, deque nostro Comico mereri potuisset: taedium certe continuati laboris, iusto citius subrepens, ut variis lectionibus, quae in Comici marginibus excerptae praesto aderant, suisque simul ad Vespas et Pacem notis Lectorem fraudaret, ipsi persuasit. Equidem sic iudico, eum, qui edendi scriptoris antiqui provinciam capit, si ingenii acumine, rerumque peritia, quam in omnibus parem, talemve, qualem quisque sibi tacitus de se pollicetur, frustra requiras, minus valeat, hoc utique vinculo publicis aliorum commodis obstringi, easque officii sui ducere partes debere, ut fidem animique contentionem, ne quid profuturum per socordiam omittatur, praestet; quod si minus ipsi consequi potuimus, non idcirco minus id ita faciendum esse sentimus: nunc nihil est vulgatius,

quam vel parum cocta nullaque meditatione subacta, vel centies etiam recocta in medium magno temporis dispendio protrudi. Ex ceteris Edd. quae scholiis carent, Farreanam maxime desiderabam, quam videlicet magni fieri, inprimisque a Stephano Berglero, optimo illo Graecarum elegantiarum iudice, eo in pretio haberi acceperam, ut Lipsiensem Aristophanis editionem ad illud exemplar maxime conformandam destinaret. Subvenit cupiditati meae prolixa humanitas Matthiae Röveri cultissimae doctrinae atque animi erectaeque indolis decoribus ornatissimi. Ubi inspicere, oculisque Farreanam usurpare fuit datum, non illud quidem, quod proverbio dicitur, pro Thesauro carbones, plane mihi evenit; veruntamen haud multo secus: prorsus enim in vestigiis consistere perspexi Basileensis illius, quae A. 1532. apud Andr. Cratandrum et Ioann. Bebelium prodiit; adeo ut, ne vulnera mendarum aucta referam, labes huic Basileensi soli inhaerentes fideliter redintegret: quemadmodum illud προθυμῶ in Pluti v. 884. nusquam mihi, si has binas exceperis, inventum. Longe maior laus Angelo Caninio debetur, qui Gryphianam Lugduni A. 1548. subtilius expolivit, curamque suam in Praefatione Lectori venditatam re ipsa exhibuit: quo magis doleo negotiis eum fuisse retractum, ne vetustis

** 2

Enarratoribus eandem operam navaret. Conspicitur autem haec Editio minime spernenda in Thesauro librorum Lugd. Batavo, cuius oris docta manus inscripsit depromtas ex spectatissimis membranis lectiones varias. De reliquis, quae ad hoc genus pertinent, causa non est, cur eruditi Lectoris tempori non parcam. Si quid porro ad eam normam, quam mihi maxime probari modo professus sum, minus in hac lucubratione nostra sit exactum, quod equidem ultro fateri non erubesco, satis memor, quam multae saepius et molestae interpellationes studii animique intentionem corrumpant, opera forte dabitur olim, ut resumta lima nitescat, et quae nunc in Notis paulo inaequalius decurrunt, haud dispari filo contexta deinceps procedant. Superest, ut Lectorem admoneam, ne miretur secum, quid sit, quod non uno in loco ablegari se videat ad commentarios nostros ampliores, ubi clarius exposita sint et luculentius, quae breviter tantum hisce in Notis attigeram. Scilicet principio statueram uberiores adnotationes Pluto ad finem deducto subiungere, quarum ea foret ratio, ut tum locutiones Atticas virtutemque Comicae venustatis, tum res et historias ab Aristophane tantum digito demonstratas tironibus explanarent: postea, quum Plutus, spectabili satis Notarum satellitio stipatus, iusti

voluminis modum videretur inpleturus, consilium illud prius deserui, vel certe tantisper seposui, dum occasio quaedam eius exsequendi opportunior oriatur. Interea vale, benigne Lector, et oblatis, quod bene vortat, fruere.

LECTORIBUS

S. D.

GODOFR. HENRIC. SCHAEFER.

In hac iteratione eximii libri, quo Tib. Hemsterhusius litteras nostras auxit, quid praestitum sit, breviter ostendam. Editionem Batavam *), mendis purgatam typotheticis, tam accurate tamque fideliter repeti iussi, ut singulae Lipsiensis paginae singulis archetypi paginis responderent. Sic licuit mihi aerumnam evitare refingendorum indicum, cui, vix absoluto Gregorio, in tanta otii penuria (neque enim unquam tot me premi laboribus, quot hieme praeterita, memini) vires plane non suffecturae videbantur. Sed inde hoc incommodum natum est, quod maxima pars Addendorum Hemsterhusii, quibus decebat locis, inseri non

*) Prodiit Harlingae a. 1744. 8.

potuit. Haec igitur ibi, ubi antea excusa erant, Lectores posita reperient.

Addenda Viri Summi sequitur Appendix, nunc primum publici iuris facta. Haec priore loco continet Excerpta Codicis Parisini Num. 2827. Hoc quoque dono me beavit incredibilis benevolentia Bastii mei, cui tot iam debeo, mox plura etiam et maiora debebo. Posteriore loco complectitur Excerpta e Ricardi Porsoni Censurâ Editionis Brunckianae Aristophanis, plena illa bonarum rerum, quales a tali viro, quem Principem Criticorum dixisse me nondum poenituit, exspectari poterant.

Praefationi subieci quatuor Epimetra, corollarium Philologis, opinor, iucundissimum. Tenent enim praestantissimi Bastii vel observationes vel Codicum Excerpta, quae, nisi sero in manus venissent meas, aliis, h. e. suis, publicata locis legerentur. Primo Epimetro complexus sum Bastii Addenda ad Epistolam Criticam: altero Addenda ad Ap-

pendicem Epistolae Criticae: tertio Addenda ad Gregorium Corinthium: quarto Excerpta egregia duorum Codicum Hermogenis *) ad Dionysii Halicarnassei librum de Compositione Verborum, quibus magno cum fructu utetur, qui meliorem, quam ego dedi, aurei libri editionem curare volet.

Denique Indices diligenter auxi iis articulis, quos ex Appendice Epimetrisque inseri oportebat.

Scrib. Lipsiae mercatu vernali a. 1811.

*) Conf. Append. ad Bastii Epistol. Critic. p. 18.

EPIMETRUM I.

CONTINENS

ADDITAMENTA

AD

EPISTOLAM CRITICAM.

Pag. 46. *not.* 17. Add. Reisk. ad Liban. Vol. IV. p. 885. not. 55. ubi pro *λογιζόμενος τῇδε κἀκεῖσε* legendum esse censet *λυγιζόμενος*. Paullo ante locus est, qui editores non parum vexavit: *πάσας γὰρ δὴ μικρῶν χεῖρας ὑπερέβαλλεν ἡ περὶ ταῦτα τέχνη*. Reiskius: „Forte *μικροῦ*, paene, propemodum „omnes tantum non manus, h. e. artem nullius non „artificis vincebat ars in horum armorum structura, „effectione demonstrata — aut *μακρῷ* leg. *longe* „*longeque*. Margo Morell. dat *μιαρῶν*.“ In Parisinis Codicibus nihil adhuc reperi, quod loco lucem accendat: videor tamen mihi veram revocare scripturam corrigendo *πάσας γὰρ δημιουργῶν χεῖρας κ. τ. λ.*

Pag. 55. *v.* 5. Compara haec Toupii Emendat. in *Hesych.* Vol. III. p. 475.: „Hesychius de patr. „Constant. p. 46. ed. Meurs. Ὅ τε καὶ Τύχαιον τοῖς „*πολίταις τετίμηται*, *quod quasi genius loci colitur.* „Ita interpretandum. Τύχην Malela p. 35. et p. 177. „ubi pro *τυχέας* lege *τυχαίας*, et p. 256.“

Pag. 59. *v.* 18. Add. Liban. Vol. IV. p. 972, 25. de Philippo: *ἐπὶ τοὺς σεσωκότας τῷ ἑαυτοῦ ἐχρήσατο*

τόπῳ. Reiskius: „Imo vero τρόπῳ." Atque hoc dat Cod. Paris. 2918. Hesychius: Ἁρμόδιον μέλος, μέτρον καὶ τόπος ἁρμόδιος καὶ προσφιλής. Ruhnkenius in Auctar. emendat. corrigit τρόπος. *)

Pag. 64. *v.* 14. Brunckius ad Hesiod. Ἔργ. v. 138. p. 328.: „Νώνυμνοι. Sic scribi et excudi „debuit. Perperam in libris νώνυμοι, tanquam si „media huius vocis syllaba produci posset. Eam„dem mendam sustulimus in primo versu paginae „118." Conf. idem ad Apollon. Rhod. II. v. 982. et IV. v. 1306. et Ruhnken. Epist. Crit. p. 259. Apollonius Lex. Homer. p. 580. Νωνύμνους, ἀνωνύμνους. Posteriorem vocem Villoisonus recte mutat in ἀνωνύμους: sed idem pro νωνύμνους perperam legit νωνύμους. Scilicet Grammaticus respexit non Odyss. N, 239. sed Iliad. M, 70. etc. ut iam Herm. Tollius monuit.

Pag. 65. *v.* 4. *ab extr.* Dirimendas esse voces ἐπῄδα νυττομένη in Choricii orat. funebr. (Villois. Anecd. Gr. II. p. 21.), vidit etiam Iacobsius Additam. animadvers. in Athen. p. 43., cui praeterea ὕπνου

*) Frequentissima haec commutatio est. Alia exempla si quis velit, adeat Wesseling. ad Diodor. Sicul. I. c. 57. III. c. 49. et 69. extr. XII. c. 3. XIX. c. 45. ad Eclog. T. II. p. 542, 91. et Müller. ad Schol. in Lycophron. p. 479. a. In Dionysii Halic. Ant. Rom. VI. c. 52. τρόπου Reiskius, non monito lectore, mutavit in τόπου. Similem medicinam Facius adhibuit Pausaniae II, 9, 7. Sed in Himerio p. 124. τόπον videtur natum ex errore operarum Gottingensium: nam Photius tam Augustanus quam Rothomagensis recte habet τρόπον. Macrobius in Somn. Scip. c. 16. *quod hoc modo licebit recognoscas.* In Maximi Planudis versione MS. legas: ὅπερ ἐν τῷδέ σοι τῷ τόπῳ νῦν ἔξεστι γνῶναι. Apparet, Planudem scripsisse τρόπῳ. Ceterum huius versionis auctoritate tuearis alteram in Macrobio scripturam, *licet.* *G. H. S.*

(i. e. καθ' ὕπνον) in ἐξ ὕπνου mutandum videtur: sine necessitate, ut mihi quidem videtur. Ceterum Iacobsius l. c. oratorem appellat non Choricium, sed Marcianum, adeoque Marrianum in Ind. p. 376. Falso. Nam secundum Villoisonum Marcianus fuit Episcopus Gazae, filius Mariae, in quam orationem funebrem scripsit Choricius primum in Anecdotis Graecis editam. Alibi Iacobsius recte citat Choricium, non Marcianum, e. c. p. 301., ubi agens de Villoisoni Anecd. II. p. 65. λήψεσθαι optime mutat in λήψεσθε. Hac occasione invitatus obiter moneo, eiusdem paginae 65. versu 1. integram lineam in edito textu excidisse. Scilicet e Codice, quem non dicam cum Villoisono (p. 18.) Lefebvre de Villebrune perite descripsisse, sic legendum est: ὅθεν καταλύσω τὸν λόγον, τοσοῦτον προσθεὶς ἔτι τοῖς εἰρημένοις· ἄλλοι μὲν ἄλλων τυράννων ἄλλας ῥυσάμενοι πόλεις κ. τ. λ.

Pag. 66. *v.* 19. Codex SGerman. in Moeride (p. 366. ed. Piers.) pariter scriptum habet: Τέρα (i. e. τέρα alpha producto) ἀττικοί· τέρατα ἕλληνες.

Pag. 74. *v.* 2. Scholiastes ad Euripid. Orest. v. 917. τὸ δὲ ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς χραίνων κύκλον, ἀντὶ τοῦ ἐκκλησίαις οὐ περιερχόμενος, οὐδὲ πλησιάζων. Pro ἐκκλησίαις legendum ἐκκλησίας, ut iam Marklandus ad Euripid. Supplic. v. 1142. monuit.

Pag. 80. *v.* 20. Ἐπίταδε, sic continuo scriptum, Codex Palatinus dat etiam in Phlegonte Tralliano p. 48. Franz., ubi editiones habent ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου. Plato Phaedon. cap. 60. καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπέκεινα τῆς γῆς ὁρμήσῃ, καὶ ὅταν εἰς τὸ ἐπὶ τάδε. Fischerus: „Pro ἐπὶ τάδε Cod. August. habet ἐπιὼν „τάδε.“ Haec scriptura debetur errori perperam legentis genuinam. Conf. Epistol. Crit. p. 262. not. 105. In aliquot Codicibus Parisinis Phaedonis legi

scriptum coniunctim ἐπίταδε. Antiatticista SGerm. MS. Ἐπέκεινα: ἐπιτάδε, Πλάτων περὶ ψυχῆς. Librarius tali interpunctione usus est, ut ἐπιτάδε facile habeas pro interpretamento vocis ἐπέκεινα. Sed scribendum est: Ἐπέκεινα, ἐπίταδε (sive, vocibus diremtis, ἐπὶ τάδε). Πλάτων περὶ ψυχῆς.

Pag. 81. *v.* 8. Ἰδιώτερον in tali scriptore, qualis est Antigonus Carystius, defendi facile potest, nec quidquam causae est, cur in ἰδιαίτερον mutetur. Conf. Thom. Mag. p. 466. ibique Interpretes.

Ibid. v. 4. *ab extr.* Schol. L. in Homer. Iliad. IX, 563. διὰ τὸν φόνον τῶν ἀδελφῶν. ἐπέκτεινε (corrig. ἀπέκτεινε) γὰρ Μελέαγρος τοὺς ἀδελφοὺς τῆς μητέρος *) αὐτοῦ.

Pag. 95. *v.* 29. *et* 30. Lege: καθάπερ εἴ τινας] Codex καθάπερ εἴ τινας (sic). Librarius fortasse voluit scribere καθαπερεί τινας, ut oap. 159. De similibus ὡσανεὶ et ὡσπερανεὶ conf. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 107.

Pag. 111. *v.* 7. Nunc credo, aut μέγιστα in μέγιστον, aut τοῦτο in ταῦτα mutandum esse. Posterior ratio propterea probabilior videatur, quod in eam etiam Schaeferus incidit. V. not. ad Gregor. p. 30.

Ibid. Φαλαίκῳ δὲ τυραννοῦντι τῆς πόλεως, αὐτοῦ (Ἀπόλλωνος) κατὰ μαντεῖαν Ἀμβρακιώτας ἐπαναστῆσαι] Pro ἐπαναστῆσαι, quod significationem habet activam, e linguae regula legendum est ἐπαναστῆναι. Sic demum recte vertitur: *Ambraciotas contra Phalaecum insurrexisse.* Libanius IV. p. 883. οὐ γὰρ ἐν πλήθει χειρῶν, οὐδ᾽ ἐν ὑπερβολῇ γνώμης

*) *Μητέρος* in tali scriptore tam insolens est, ut non dubitem scribendum esse *μητρός.* *G. H. S.*

(Cod. Paris. 2918. ῥώμης *)) τῆς ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ κρατοῦντες τὸ βέβαιον, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ὑπακουόντων εὐνοίᾳ, ἣν εἴ τις μεταστήσειεν ἐπὶ τἀναντία **), ῥάδιον μεταναστῆναι καὶ καθελεῖν τὴν ἀρχήν. Pro μεταναστῆναι, et sensu poscente, et iubente Codice illo Parisino, legendum est ἐπαναστῆναι.

Pag. 134. *v. ult.* Conf. Taylor. Lectt. Lys. ed. Reisk. Vol. VI. p. 222.

Pag. 137. *v.* 11. Pausanias l. IX. cap. 11. ὡς Ἡρακλῆς καὶ Ἀμφιτρύωνα ἔμελλεν ἀποκτεινύναι, pro ἀποκτινύναι. Conf. Sylburg. ad l. VIII. c. 4. p. 605. ***)

Pag. 142. *v.* 8. Heynio (*Götting. Gel. Anzeig.* 1775. p. 1007.) totum membrum, ὅτι ταῖς αὐταῖς κόραις ὀφθαλμὸς ἐνῆν μέλας, ab aliena manu additum ideoque delendum videtur: qua in re vir eximius me sibi assentientem non habet.

Pag. 153. *v.* 22. τὰ εἰς ος τρισύλλαβα ἐπὶ ποταμῶν ὀξύτονα. Praepositio ἐπὶ in tali verborum structura quod displiceret alicui amicorum meorum, delenda ei visa est. Frustra. Sic etiam Etymolog. M. p. 488, 9. τὰ διὰ τοῦ ιρος ἐπὶ πόλεως λεγόμενα καὶ μὴ οὐδέτερα κ. τ. λ.

Pag. 156. *v.* 3. Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 309.: „Ἐνεχυριμαῖος plane serioris est graecismi,

*) Ῥώμης verum est. Passim confusa videas nomina γνώμη et ῥώμη. V. Wesseling. ad Herodot. I. c. 31. Heusd. Specim. Critic. in Platon. p. 18. et Schneider. praefat. ad Xenophont. Anabas. p. XXXIV. (Iunctarum vocum ῥώμη et ἰσχὺς exemplum habet etiam Pausanias II, 19, 4.) *G. H. S.*

**) Conf. Bast. ad Longin. p. 637. Weisk. *G. H. S.*

***) V. Addenda ad Thom. Mag. p. 406. In Pausania III, 16, 4. pro ἀποκτίννυσιν al. ἀποκτείνυσιν, quod item ad simplex ν ducere videtur. *G. H. S.*

„et a Iuris Consultis invectum, similiter atque ὑποθη-„κιμαῖος, quem Glossae *fiduciarium* exponunt." Serioris vox graecitatis μισθωσιμαῖος facit, ut recorder verbi μισθωτεύω, quod Lexica nostra ignorant. Utitur eo Eudocia p. 20. ἦλθεν ὁ Ἄβαρις ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ ἐμισθώτευσε τῷ Ἀπόλλωνι. Locus hic exscriptus est e Nonno MS. in Gregor. Nazianz. epitaph. Basil. M. Ceterum verba in ευω, derivata illa ab adiectivis in ωτος, nec vetustior nec recentior Graecitas videtur frequentasse. Qua de re cum Coraium nostrum consuluissem, vir egregius haec mihi scripsit: „J'ai beau solliciter ma mémoire, je ne puis „me rappeller aucun mot semblable à Votre μισθω-„τεύω. Il est certain que ce mot appartient au Bas „Empire, et si je ne me trompe, voici la marche „qu'avoit suivie celui qui l'a fabriqué le premier. Il „avoit cru que comme du génitif Εἵλωτος on avoit „formé le verbe εἱλωτεύω (*je suis un ilote, un serf*), „de même il lui étoit permis de forger du nominatif „μισθωτὸς le μισθωτεύω (je suis un *misthote*, un „mercénaire). Peut-être avoit-il encore songé au „verbe synonyme θητεύω, également formé du gé-„nitif θητός. Quoiqu'il en soit, je suis à peu près „sûr qu'il n'existe point dans notre langue actuelle „des verbes d'une semblable dérivation."

Pag. 199. *v.* 14. Cap. XXXIX. Ἀρκεσοφῶντι δ' ἀποτυγχανομένῳ πρὸς τὸν γάμον] Schneiderus (*Griech. Wörterb.* v. ἐπιτυγχάνω) legit ἀποτυγχάνοντι τῶν πρ. τ. γ. statimque post, admodum probabiliter, ἐπεὶ δὲ αὐτῷ τῶν πρὸς τὸ ἔργον οὐδὲν ἐπετυγχάνετο pro ἐπεὶ δὲ αὐτῷ πρ. τ. ἔ. ο. ἐτυγχάνετο. In eodem capite Iacobsius Addit. animadv. in Athen. p. 81. καθ' ὑπερβολὴν πάθους καὶ ἀποτυχίαν τὴν πρὸς τὸν γάμον legendum censet pro ὑποψίαν, pro quo Munckero placuit ὑπεροψίαν, in quam vocem nemo non incidat.

Pag. 211. *v.* 25. Pro *Reiskius ad Libanium p.* 630. *et* 938. scribe: *Reiskius ad Libanium Vol. IV. p.* 630. *et* 938. Ibid. p. 1097. ἄλλοτε δῶρον ἐκπέμποντα, καὶ πολλάκις ψυχαγωγούμενον, οἷα δὴ πεπεικότα. Male Leo Allatius in Excerpt. var. p. 228. e Codice Vaticano, ubi Libanii scriptum tribuitur Severo Sophistae, dedit οἷα δὴ πεποιηκότα.

Pag. 212. *v.* 22. *sq.* Locum Nicolai Sophistae citavi e Codice Parisino num. 2720. fol. 224. recto. Nuper intellexi, quotquot ille Codex complectitur narrationes Sophistae Nicolai, iam Leonem Allatium in Excerptis variis Graecorum Sophistarum ac Rhetorum, sed sub alio nomine, publici iuris fecisse. Scilicet in Allatiana Sylloge tribuuntur Nicephoro Basilacae, quod ignoravit is qui confecit Catalogum MSS. Bibliothecae regiae Parisinae. Locus a me citatus in Allatii Excerptis p. 169. sic scriptus legitur: καὶ τοῖς αὐτοῦ κάλλεσι βάλλεται Νάρκισσος. *)

Pag. 213. *v.* 15. Formam repudiatam πληγης aliquis fortasse tueatur hoc loco Aeschyli Prom. v. 884. ὑπό μ' αὖ σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς Μανίαι θάλπουσ'.

Ibid. v. 23. Scholiastes Cod. Paris. 2787. ad Aeschyli Prom. v. 682. Οἰστροπλὴξ, ὁ πλήσσων οἶστρος· οἰστρόπληξ δὲ, ὁ ὑπὸ τοῦ οἴστρου πλησσόμενος. καὶ βουπλὴξ, ὁ τὸν βοῦν πλήσσων· βούπληξ δὲ, ὁ πλησσόμενος ὑπὸ τοῦ βοός. **) — Adiectivis in πληξ

*) Respicitur mythus, de quo v. quae congessi ad Aesopum Heusingeri p. 136. Lips. *G. H. S.*

**) Tzetzes ad Lycophron. v. 187. οὕτω τὰ τοιαῦτα τοὺς δύο τόνους ἐπιδέχονται, ἢ τὸν προπαροξύτονον μὲν τὰ παθητικὰ, τὸν δὲ προπερισπώμενον τὰ ἐνεργητικὰ, οἷον, βούπληγες, οἱ πληγέντες ὑπὸ βοῶν· βουπλῆγες δὲ, οἱ πλήσσοντες βόας. De οἰστρόπληξ et οἰστροπλὴξ add. Hermanni notata quae inserui Sophocli a me edito T. I. p. XIV. *G. H. S.*

nunc addo κωμοπλήξ, quod Lexica nostra ignorant. Arcadius MS. Τὰ εἰς ηξ σύνθετα *) παρὰ ῥῆμα ὀξύνεται, εἰ ἐπιθετικὰ **) εἴη, βιυπλὴξ, κωμοπλὴξ, μεθυπλήξ.

Pag. 219. *v. ult.* Add. Boissonad. ad Eunap. p. 252. ***)

Pag. 222. *v.* 21. Forma ἀρματῷος pro ἀρμάτειος nostris in Lexicis deest, sed mihi quidem videtur genuina esse. Sic legitur etiam προίκειος et προικῷος. In Ducangii Glossar. med. et inf. graecit. frustra quaesivi adiectiva σωματῷος et χαρτῷος. Illud significat *membranaceus:* hoc *chartaceus.* Conf. Montefalcon. Anal. Gr. p. 191. et 277.

Pag. 225. *v.* 18. Schol. Venet. A. et B. ad Homer. Iliad. Θ, 284. ἡμεῖς δὲ φαμὲν τοῦτο μὴ εἶναι πρὸς αἰσχύνης.

Pag. 226. *v.* 11. Libanius Vol. IV. p. 940, 7: ὁ δὲ Ἕκτωρ ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐπηγερμένος, σφοδρὸς ἐπέκειτο. Cod. Paris. 2918. minus bene σφοδρῶς.

Ibid. v. 20. φράζειν ἐκέλευε τοῖς ἀδελφοῖς μὴ ἐνδοιάσθαι] Clarissimo Legrand legere placet ἐνδοιάσασθαι. Sed ἐνδοιᾶσθαι, derivatum illud ab ἐνδοιάω, mihi satis probum videtur, etsi hanc formam alio loco legere non memini. Neque Valckenario Diatr. p. 109. C. Schneideroque (*Griech. Wörterb.*) vulgata scriptura videtur displicuisse. Sed quod Val-

*) Inserendum videtur τά. *G. H. S.*

**) De hoc usu vocis ἐπιθετικὸς Lexicographis nostris ignoto dixi in Appendice ad Bastii Epistol. Critic. p. 27. *G. H. S.*

***) Xenophon Cyrop. I, 1, 2. νέμονταί τε χωρία, ἐφ' ὁποῖα ἂν αὐτὰς ἐφιῶσιν. Cod. Altorf. ἐφ' ὁποῖα δ' ἂν α. ἐ. Sic legas ὅπου δ' ἄν. V. not. ad Sophocl. Oed. Col. v. 354. T. II. p. 313. *G. H. S.*

denarius pro μὴ scribendum censet μηδ', plane non necessarium esse puto.

Pag. 227. *v.* 14. καὶ οἱ μὲν τισιν αὐτὴν μίτραις ἀνέδουν, οἱ δὲ ζώναις] Iacobsius Animadvers. in Antholog. Graec. Vol. II. P. 2. p. 264.: „Fortasse ται-„νίαις scribendum, ex more. vide Ruhnken. ad Tim. „p. 246." Hanc coniecturam numero inter eas, quibus ipse vir clarissimus in textu locum non concedet.

Pag. 228. *v.* 25. Add. Schaefer. ad L. Bos. Ellips. p. 404.

Pag. 233. *v.* 17. ἤριον τὸ μεμορμένον. Etiam hanc vocem, pro qua Heynius μεμορημένον, Legrandius πεπρωμένον legendum esse censet, probam puto. Apollonius Rhod. III, 1130. Br. πάρος θάνατόν γε μεμορμένον ἀμφικαλύψαι. Πεπρωμένον Scholiastae foret explicantis illud μεμορμένον. Schneiderus *Griech. Wörterb.* v. μείρω: „Bey Plutarch Mar. 39. „hat für πεπρωμένον eine Handschrift μεμορμένον (statt „εἱμαρμένον), welches ungewöhnlich ist." Ut parum usitatum sit, tamen ego quidem non repudiem.

Ibid. διὰ μὲν καλὸν ἤρικε νοῦσον. Villoisonus in Collectan. MSS., quae nunc possidet Bibliotheca Imperialis, probans correctionem Piersoni ἤρικεν οὖσον, καλὸν, quod Brunckio iure displiceat, quia *bonus* funis non facile rumpatur, mutandum censet in κακόν.

Pag. 245. *v.* 6. *ab extr.* Valckenarii emendationem Κρωβύλη pro κρυώλη in Etymolog. M. p. 742, 52. clare scriptam reperi in Cod. Paris. 2654.

Pag. 267. *v. ult.* Conf. Athenaeus l. III. Vol. I. p. 383. ed. Schweigh. τὰς τῶν μυῶν διεκδύσεις μυστήρια ἐκάλει, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ.

Pag. 268. *v.* 3. οἴει μᾶλλον *** καλός] Reiskius in Abreschii Notis p. 29. dicitur coniecisse Νη-

ῥέως οἴει καλλίων εἶναι. Id puto vitium esse typothecum: nam ipsum Reiskium non dubito scripsisse Νιρέως. Atque sic etiam in Specimine meo edi oportuit. Ceterum interpretatio mea phrasis μᾶλλον καλὸς pro κάλλιστος mihi non amplius probatur. Cum librarii μᾶλλον saepius confuderint cum μόνον, cumque syllabae ον et ος eodem compendio significentur, fortasse legendum est: οἴει μόνος εἶναι καλός. Exempla confusionis vocum μᾶλλον et μόνον reperies in notis ad Suidam Vol. I. p. 372. et ad Ioannem Chrysostomum Vol. VII. p. 793. *)

Ibid. v. 15. Plato Theaet. p. 362. ed. Heind. γέλωτα δῆτα ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξε. Aliquot Codd. Paris. dant δὴ τὸν ἐμὲ, quod vulgato praeferre nemo dubitabit.

Pag. 277. *v.* 9. Hesychius: Κεχλίαγκα, τεθέρμαγκα.

Pag. 278. *v.* 29. Eiusdem correctionis mentionem facit Iacobsius Additam. animadvers. in Athen. p. 75. ubi haec legas: „Bastius suspicatur ἀνάπαυλή „τις [ἀνάπαυλη τις]. Sed scribendum procul dubio, „οὐδ' ἀνάβλησις [οὐδ' ἄρ' ἀνάβλησις], quod me mo„nuit cl. Lenzius, qui haec ducta esse vidit ex Ho„meri Iliad. β', 380."

Pag. 282. *v.* 14. Plato Theaet. p. 296. Heind. ἀλλὰ τῶν μειρακίων τινὰ (*ex his pueris aliquem*) κέλευέ σοι ἀποκρίνασθαι. Cod. Vatic. 225. minus bene τ. μ. τι. — Locus Phavorini ibidem citatus e Philemonis Lexico technologico v. Εὐφυὴς transscriptus

*) Eaedem voces confusae sunt in Strabone p. 1196. A. Almel. in Dionysio Halic. Antiquit. Rom. II. c. 20. et in Aristotele Hist. Animal. III. c. 7. VI. c. 5. Vid. Schneideri Adnotat. ad Aristotel. I. p. 143. 426. 684. *G. H. S.*

est, quem articulum integrum Villoisonus notae ad Apollon. p. 875. sq. inseruit. Partem eius citavit etiam Ruhnkenius Epist. Crit. p. 101. Qui cum nomini Philemonis addiderit haec verba: „Grammaticus ineditus in Bibl. Paris.“, recte mihi videor concludere, quod ego de hoc Lexicographo monui (Epist. Crit. p. 37.), etiam Ruhnkenio incognitum fuisse.

Pag. 283. *v.* 20. Add. Hanno Peripl. ab init. *καὶ ἔπλευσεν, πεντηκοντόρους ἑξήκοντα ἄγων, καὶ πλῆθος ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, εἰς ἀριθμὸν μυριάδων τριῶν, καὶ σῖτα κ. τ. λ.*

Pag. 293. Perperam dicitur, adiectivum *ἑτοιμοπειθὴς* deesse in Lexico Schneideri, qui e Nicetae Annal. 11, 11. citavit. E contrario p. 297. deest adiectivum *στενώδης*, quod, a Schneidero omissum, commemoratur Epist. p. 23.

EPIMETRUM II.

CONTINENS

ADDITAMENTA

AD

APPENDICEM EPISTOLAE CRITICAE.

Pag. VII. v. 19. Demosthenes πρὸς Μακάρτ. p. 1071, 3. τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ ἂν προθῶνται. Reiskius (Vol. XI. p. 1465.): „Correxi ᾗ [pro ἥ]; idem est ac si „dixisset, τῇ ὑστεραίᾳ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ἂν „προθῶνται. Verum Taylor lect. Lys. cap. I. p. 224. „ed. meae vult ᾗ ᾗ ἂν πρ. et exemplis confirmat ita „legendum esse.“ Verissima est Taylori correctio: verissima item illa, quam expromsit in Indice graeco Lys. (Vol. VI. p. 883. R.). Citantur ibi verba τῇ προτεραίᾳ ᾗ ἀνήγετο e Lysia p. 626, 2. additque Taylorus: „MS. ᾗ ἀνήγετο: fortasse utrumque necessa„rium, ᾗ ᾗ ἀνήγετο.“

Pag. 6. *v. ult.* Post τερατωδία adde vocem a Lexicographis pariter neglectam μυστηριωδία e Schol. Lucian. Vol. II. p. 332.

Pag. 16. *v.* 24. Πέμπτης in πέμπτῃ mutandum esse, tam certum est, ut nemo de eo dubitare possit: idemque mihi placuerat. Minus certum videtur, quod Schaefero pag. 17. v. 1. placuit legere ἰδίας ἑκάστοις. Ego incideram in ἰδίας ἑκάστου. Etenim scriba Codicis SGerm. syllabas ος et ου compendiose scriptas persaepe confudit, Graecitasque pariter genitivum admittit. Sic Stobaeus citatus a Koenio ad

Gregor. Corinth. p. 108. [L. B. p. 233. Lips.] ποτί τε τὰν κοινὰν εὐκοσμίαν καὶ ποττὰν ἴδιον ἑκάστω διαμονάν. ἑκάστω cum careat iota subscripto, genitivus videtur. Sed cum haec scribenti Stobaeus ad manus non sit, ipsum locum inspicere non possum. *)

Pag. 19. *not.* Etsi concedo, adiectivum ἡμιτέλειος non adversari analogiae, tamen in Dionysio Halic. praefero ἡμιτελεῖς. **)

Pag. 20. *v.* 5. *Quid, quaeso, Iupiter hoc loco sibi vult?* Omnino parum amice tractavit Villoisonus regem deorum. Nunc enim advocavit eum, ubi nemo adesse vellet: nunc expulit, ubi praesentia eius plane necessaria esset. Apollonius Lex. Homer. p. 200. Ἀργέτη δημῷ .... ἀργῆτα δὲ κεραυνὸν, λευκὸν καὶ λαμπρὸν, ἢ τὸν ταχέως διϊκνούμενον. τὸ γὰρ ἀργὸν σ^H τὸ ταχύ. Sic Cod. MS. Sed Villoisonus legit ἢ τὸν ταχέως Διῒ κινούμενον. E contrario editus ab eo Scholiastes ad Homer. Iliad. Δ, 475. habet: Ἴδη ἐστὶν ὄρος ὑψηλότατον Τροίας. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Ἴδη τῆς Κρήτης ἀπὸ Ἴδης τῆς τοῦτον (quemnam?) διαθρεψάσης νύμφης. In Codice legitur: τῆς τ διαθρεψ. ubi quis non videt τῆς τὸν Δία θρεψ. v. restituendum esse?

*) Stobaei editiones, certe Gesnerianae, quibus etiam Koenius usus est, habent dativum ἑκάστῳ. Certissimum tamen est, ἴδιος utroque modo construi. Dionysius Halic. Ant. Rom. I. c. 68. τὰς ἰδίας αὐτῶν ὀνομασίας. ubi al. ἰδίους. Schol. ad Theocr. Idyll. III. v. 48. τοῦ ἰδίου (male edit. Reisk. δίου) ἑαυτῆς μαστοῦ. *G. H. S.*

**) Photius Lexic. c. 56. Ἡμίοποι, κυρίως ἡμιτέλειοι αὐλοί. Schleusnerus ad h. l. c. m. sq.: „Potest quidem „impressa lectio locum habere, nihilominus tamen „Hesychii ac Phavorini auctoritate adducor, ut scri„bam οἱ μὴ τέλειοι αὐλοί. Addit quoque Hesychius: „Τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων μὴ τελείων.“ — Photius Lexic. c. 276. Παντέλειον. ὁλόκληρον. *G. H. S.*

Pag. 26. not. Iure Schaeferus κἂν ... συνετέθη tuetur. *) — In Epistolae Criticae Lipsiensi editione

*) Quae illo loco monui de constructione particulae κἂν (*etsi, etiamsi*) cum indicativo, displicere video Censori Appendicis in *Jen. Allgem. Literat. Zeit.* (1810. m. Mai. Num. 125. col. 396.), qui illam sic construi posse negat. Et in Bianore quidem vitiosam dicit interpunctionem, quam sic corrigit, ut post γηραλέος ponat, non, ut vulgo, signum interrogandi, sed punctum. (Errore calami scripsit *comma.*) Iam particulam κἂν valere dicit, non καὶ ἐὰν, sed καὶ ἂν, sensumque nasci bonum hunc: *non erat tuus, potuissetque mori aetate provectior.* Hic sensus ut bonus sit, certe non est poëticus: nam acumen carminis adeo obtundit, ut Bianorem credam vel soloecismi culpâ vulgarem interpunctionem redimere maluisse. Compara mihi Crinagorae Epigramma XLII. quod simillima interrogatione clauditur. Sed talem ille culpam, si qua est, non videtur commisisse: editiones enim Anthologiae Stephanica et Wecheliana habent οὐ σὸς ἔην, κεὶ θάνε γηραλέος; Quod qui in Brunckianae locum scripturae revocare volet, me vix habebit repugnantem. In Agathia Censor, duabus vocibus in unam coniunctis, corrigit κἀνεδίκαζε, sensumque esse dicit: *et Paris iudicium suum retractasset.* Hic quaerere subit: Quale iudicium? Nimirum, quod ex mytho satis constat, Idaeum illud, quo Venerem iudicavit pulchriorem Iunone et Minerva. Id si retractat, formositatis praemium dare debet aut Iunoni aut Minervae. Sed quid hoc, quaeso, ad citharistriam Ariadnen? Retinendum igitur, quod omnes ediderunt, κἂν ἐδίκαζε Πάρις, i. e., ut Obsopoeus vertit, *etiamsi iudicaret Paris.* Denique de Galeno et Thoma Mag. Censor sic: „*Die Worte des Galen können wir jetzt* „*nicht nachsehen, aber wahrscheinlich ist bey ihm,* „*so wie bey Thomas Mag., κἂν εἰ statt des blossen* „*κἂν zu lesen.*" Galeni locus sic, ut ego citavi, legitur in editione et Aldina et Basileensi. — Nunc aliquaddam exempla huius constructionis, si forte adversarium conciliare mihi possim: quanquam verba eius reputans multum vereor, ne, quantumvis cumu-

p. 155., ubi Phrynichi MS. observationem de v. ἀρπαγιμαῖος posui, video excusum οὗτος ἂν ἁρπαγιμαῖος καλοῖτο. Id cur factum sit, ignoro. Pari-

lem numerum exemplorum, dissentientem habiturus sim. („*Die Menge der Stellen,*" inquit, „*wo diese* „*Construction vorkommt, kann nichts beweisen.*") Apollonius de Synt. p. 200, 31. κἂν παρὰ τὸ δέκατος ἦν ἡ σύνθεσις. Ioannes Diaconus ad Hesiod. Theogon. p. 229. a. Heins. κἂν τῶν θύραθεν οὗτός ἐστι. Schol. ad Thucydid. II. c. 37. κἂν μὴ εἶχον ἀρετήν. Tzetzes ad Lycophron. v. 48. κἂν κἀκεῖ τινες ἐδιπλασίασαν τὸ μ. ad v. 235. κἂν ἴσως καὶ ὁ Λυκόφρων τοῦτο ἠγνόησε. Modo praecessit: κἂν γὰρ λαρνακοφόρους εἴπῃς. ubi duo Codices nuper collati pro εἴπῃς dant εἶπεν, quod ego quidem non repudiem. Ioannes Phocas in L. Allatii Symmict. I. p. 5. extr. κἂν ὁ χρόνος καὶ ταύτης τὸ μεγαλεῖον ἐλώβησε. Vides, omnia exempla e scriptoribus posterioris Graecitatis sumta esse: neque ego unquam adseveravi, sic scripsisse classicos. Itaque paullo plus (fortasse recte) ausus est Hermannus, cum ad Aristophan. Nub. v. 1156. vel classicos hac ratione uti potuisse, adeoque exempla huius constructionis ex illorum scriptis per malam Grammaticorum soloecismos pertimescentium sedulitatem exterminata esse suspicaretur. „At illud „videndum est," inquit, „ne κἂν, quod indicativo „etiam aoristi iunctum nunc soloecum habetur, in iis „sit loquendi formulis, quas grammaticorum doctrina „ita e veterum scriptis sustulit, ut nunc vix usquam „reperiri videantur. Atque Apollonius quidem Dys„colus postquam in libro tertio de syntaxi p. 265. sqq. „ἐὰν coniunctivo iungendum docuit, deinde p. 269. „contendit, dici non posse ἐὰν ἔλαβον, ἵνα ἀνέγνων. „Qui ut in posteriore exemplo fallitur, ita nesciam, „an etiam in priore erraverit, qui ipse in eodem li„bro p. 300." [corr. p. 200.] „κἂν cum indicativo „coniunxerit. Verba eius haec sunt: ἔστι δὲ καὶ οὕτω „φάναι, κἂν παρὰ τὸ δέκατος ἦν ἡ σύνθεσις, τὰ τῆς „συνθέσεως ἐν λόγῳ τὴν τοῦ οὐδετέρου σύνθεσιν ἀνε„δέχετο. In quo loco si ᾖ scripsisset, deinde non „ἐδέχετο, sed δέχεται dicere debebat." *G. H. S.*

sima enim editio, perinde ut Codex, habet ἂν .. καλεῖται, quod Wiedeburgium mutare non iussi. Omnino Phrynichus particulam ἂν saepius iungit cum indicativo. E. c. v. ἄοινος (vid. Lexic. Sophocl.): δύναται δ' ἂν τις. Item v. ἁρμογὴ extr.: δύναται δ' ἂν καὶ ἡ μεταβολὴ ἁρμογὴ καλεῖσθαι. Haec omnia sana puto.

Pag. 39. *v.* 9. *Gaili.* Corrig. *Gailii.* Nam vir clarissimus latine dici vult *Gailius*, non *Gailus.*

Pag. 45. *v.* 14. Fuerunt qui, his perlectis, mihi opponerent, verborum *approche* et *approcher* de coitu usurpatorum nullum legi exemplum in Dictionario Academiae Gallicae. Verum hoc est: sed hic usus ibi commemorandus fuit. Ut enim nihil dicam de sermone vitae communis, (quoties audias e. c. *Cette femme refuse les* *a p p r o c h e s* *de son mari*, aliaque eiusdemmodi?) ut Buffoni mittam auctoritatem, en duo exempla e scriptoribus excitata, quos bene gallice scripsisse nemo non fateatur. Voltarius *Dictionn. philos.* v. *Newton:* „Il n'a jamais „*approché* d'aucune femme." In Argumento Aeschyli Sept. ad Theb. haec leguntur: ἐφύλαττε μὴ συνευνᾶσθαι τῇ γυναικί. Quae Laporte Dutheil, vir egregius, cuius amicitiam eximiamque erga me benevolentiam satis laudare non possum, gallice sic vertit: *Laius se gardoit habituellement d'* *a p p r o c h e r* *de Iocaste.* Ceterum ut in dialecto Graecobarbara ἔγγισις, sic in puriore Graecitate πλησιασμὸς de coitu dicitur, etsi Atticistae hunc vocis usum parum probant. Conf. Pollux l. V. cap. 15. Antiatticista SGerm. MS. Πλησιασμὸς ἀντὶ τοῦ μίξις.

Pag. 56. *v.* 6. In eandem coniecturam incidit Iacobsius. V. viri doctissimi Additam. animadvers. in Athen. p. 20.

EPIMETRUM III.

CONTINENS

ADDITAMENTA

AD

GREGORIUM CORINTHIUM.

Pag. 418. *v.* 29. Ante verba Libanii citata vulgo leguntur haec: ἐν οὖν τῷ νέῳ μανθάνειν εἴη παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, τισὶ μὲν προσεκτέον, τίνων δ' ἀφεκτέον. Hic pro ἐν secundum Codicem Paris. 2918. legendum ἵν'. Praeterea τισὶ mutandum in τίσι. Ceterum ἐνταῦθα, quod idem Codex pro ἐντεῦθεν dat, h. l. valet εἰς τοῦτο.

Pag. 834. *v.* 8. *sqq.* Quod ibi Schaeferus adnotavit, notam tachygraphicam (v. tab. VII. num. 4.), significantem mihi vocem ἥλιος, a Ruhnkenio aut eius Collatore habitam esse pro compendio vocis Ἀπόλλων, movet me, ut haec, futura, opinor, lectu non iniucunda, adiungam. Scilicet eadem illa nota (☉), spiritu nunc instructa, nunc carens, in Grammaticorum libris manu scriptis valet etiam nomen proprium Ἀπολλώνιος, quicunque tandem *Apollonius* intelligatur. Hac vi saepissime positam videas in Codice Paris. 2654., qui tantum non ad verbum cum edito Etymologo congruit. E. c. v. Πιπρᾶσαι, (Etymol. M. 672, 22.) φυσῶσαι. Ἀπολλώνιος. v. Κέρας, (Etymol. M. 504, 47.) λέγεται κέρας καὶ ὁ ποταμὸς, ὡς παρὰ Ἀπολλωνίῳ (Argon. IV, 282.)· ἔστι δέ τις ποταμὸς ὕπατον κέρας Ὠκεανοῖο.

aliisque locis innumerabilibus. His enim omnibus locis Codex ille Parisinus pro voce Ἀπολλώνιος habet signum solis (☉). Haec res clarâ luce perfundit illa, quae Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 203. de Apollonii Rhod. Argon. I, 1213. notavit: „Hunc „versum“ inquit „ita laudat Tzetzes ad Lycophr. „480. ἐκ Δρύοπος Δρύοπες, οἱ περὶ Παρνασσὸν, ὥς φη„σιν Ἥλιος· Δίου Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν „ἔπεφνε. At quis, quaeso, est novus ille et inaudi„tus poëta Ἥλιος, cui versus tribuitur? Nempe est „ipse Apollonius Rhodius, qui hoc cognomen ne„scio unde *) invenit.“ [Non dubito inde invenisse, quod socordia legentium libros manu scriptos signum solis, valens illud nomen proprium Ἀπολλώνιος, pro compendio vocis ἥλιος haberet. Igitur in Tzetzae l. c. pro Ἥλιος legendum Ἀπολλώνιος.] „Huius rei no„titiam uni“ [?] „debemus Grammatico veteri in „Catalogo Bibliothecae Matrit. p. 449. Ζῆται τὸ στοι„χεῖον ἀπὸ Ζήτου τοῦ Βορέου, οὗ μέμνηται Ἥλιος „Ἀπολλώνιος ὁ ποιητής. scil. I, 211. Eadem habet „Etymol. M. p. 406, l. 38. sed sine illo cognomine.“ [Etymologus simpliciter, idque bene: οὗ μέμνηται Ἀπολλώνιος. **) Quod in Grammatico Matritensi iuxta Ἀπολλώνιος ὁ ποιητὴς positum est Ἥλιος, nemo

*) Huschkius Anal. Crit. p. 274.: „Nemo adhuc causam „indagare vel potuit vel voluit, cur Apollonius Rho„dius dictus sit Ἥλιος. Neque facile quisquam hoc „credidisset Tzetzae, versum huius poetae sub no„mine Ἡλίου laudantis ad Lycophr. 480. nisi acces„sisset testimonium Grammatici veteris in Catalogo „Bibliothecae Matrit. p. 449. qui idem cognomen tri„buit Apollonio. His igitur inter se comparatis, „Ruhnkenius Epist. Crit. II. p. 203. feliciter emen„davit eundem Tzetzen ad Lycophr. 208. ubi Apol„lonius Rhodius male vocatur Ἡλιόδωρος.“ *G. H. S.*

**) E contrario Zonaras T. I. c. 958. οὗ μέμνηται Ἥλιος. *G. H. S.*

85 Φωκίων] *Gellius* eandem historiam referens I. c. 8. Sotionem vocat, *ex Peripatetica disciplina haud sane ignobilem virum.* Quanquam nonnullas editiones secutus Th. Reinesius V. L. II. p. 127. *Phocionem Peripateticum, de quo Gellius*, scribat, vir tamen harum rerum peritissimus *J. Jonsius* de Scr. H. Ph. II, 10. p. 166. Sotionem praetulit; non celebrem illum intelligens, cujus libri *περὶ τῆς διαδοχῆς τῶν φιλοσόφων* laudantur, sed alium Apollonii Peripatetici fratrem, quem *Plutarchus* commemorat *περὶ φιλαδ.* p. 487. D. Ego nihil adhuc decerno; ut qui aeque ignorem Phocionem Peripateticum, et Sotionis cujuscumque Κέρας Ἀμαλθείας. Adde *J. A. Fabricii* Catalogum Peripateticorum B. G. III. c. II.

86 Ἐν τοῖς ἑξῆς] Paulo inferius ad v. 179.

87 Ὁρῶσι] Intellige, quasi scriptum esset *προσορῶσι*·

Καρ. Καὶ τούς γε παῖδάς φασι ταὐτὸ τοῦτο δρᾶν,
Οὐ τῶν ἐραστῶν, ἀλλὰ τἀργυρίου χάριν.
Χρ. Οὐ τούς γε χρηστοὺς, ἀλλὰ τοὺς πόρνους· ἐπεὶ 155
Αἰτοῦσιν οὐκ ἀργύριον οἱ χρηστοί. Καρ. τί δαί;

δὲ τὴν γυναῖκα τὸ ἔμπροσθεν μόριον ἐπισείειν. Σφόδρα δὲ
88 ἄσχημον ἐγκρούειν τῷ πρωκτῷ.

156 * Αἰτοῦσιν] Αἰτοῦμαι τὸ αὐτὸ, ὥσπερ ποιῶ καὶ ποιοῦμαι· πλὴν ὅτι τὸ μὲν αἰτῶ τὸ ἁπλῶς ζητῶ, τὸ δὲ αἰτοῦμαι τὸ μεθ᾽ ἱκεσίας. *

Τί δαί.] Σύνδεσμος ἐρωτηματικός· διὰ δὲ τὴν ἔκτασιν διφθογγογραφεῖται.

159 Περιπέττουσι.] Διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι κόσμῳ. ὁ αὐτὸς 89 Θεσμοφοριαζούσαις· ὃς ἦν περίεργος αὐταῖσι τῶν

v. 153 Ταὐτὸ τοῦτο] C. Arund. τοῦτ᾽ αὐτὸ, versu mutilato: pejus C. D'O. ταὐτὸ solum habet, cui tamen velut interpretamentum superscribitur, τοῦτο.

v. 155. Πόρνους] Male C. D'O. πονηρούς, et renitente metro.

---

repetendum a praecedenti verbo πρὸς, de quo genere notavit *H. Vales.* in Not. *Maussac.* ad Harpocr. p. 235.

88 Ἀσχημόν] Edd. ἀσημον· eandem emendationem observaverat in exemplaris sui margine *Kusterus*; ideoque minus reponere dubitavi. In ora C. D'O. ad v. 153. tale Scholion legitur: Ἐνταῦθα διασύρει τὴν τῶν Ἀθηναίων διαγωγὴν, ὅτι οὖσαν (ἦσαν) ἀρσενοκοῖται καὶ φαῦλοι.

89 Θεσμοφοριαζούσαις] A. et Fl. Θεσμοφόροις. *Gelenio*, qui Basileensi praefuit, mutanti obtemperarunt *Portus* et *Kusterus*. Si bene cessit, istos versus (binorum mihi iamborum vestigia videor agnoscere) ex Thesmophoriazusis secundis esse sumtos oportet; nam in ea, quam habemus, fabula nihil extat simile: *H. Stephanus* tamen Ind. Thes. in Περιπέττειν, re non examinata, quasi noti dramatis particulam bona fide proponit, explicatque posteriora, *Comis appositititiis suorum orinium turpitudinem velant*, seu, *Coma appositita sibi lenocinantur.* Fateor aquam mihi haerere: neque enim versus commode satis expedio, nec

Χρ. Ὁ μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς.
Καρ. Αἰσχυνόμενοι γὰρ ἀργύριον αἰτεῖν ἴσως,
Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν.
Χρ. Τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σὲ, καὶ σοφίσματα 160
Ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἔσθ' εὑρημένα.

φορημάτων, ὅσαι ἔτι περιπέττουσιν ἑαυτὰς προσθέτοις. ἢ περιπέττουσιν ἀντὶ τοῦ, περικαλύπτουσι τὴν ἀσέλγειαν. μοχθηρίαν δὲ, τὴν τοῦ ἀργυρίου ἐπιθυμίαν, ἢ τὴν τῆς αἰτήσεως τοῦ ἀργυρίου. τὸ δὲ περιπέττειν ἤτοι ἀπὸ τοῦ παραπετάσματος εἴρηται, ἢ ἀπὸ τῶν ζύμῃ τὰ ἄλφιτα περιλαμβανόντων, καὶ τούτοις περικαλυπτόντων τινά. εἰώθασι γὰρ τὰ καταλιμπανόμενα ἀφ' ἑκάστου ἄρτου μιγνῦντες ποιεῖν ἄρτον. 90 δοκεῖ οὖν ὅτι εἰώθασι καταχρῆσθαι τῷ ὀνόματι τοῦ ἵππου εἰς τὴν μοχθηρίαν.

160 Τέχναι δὲ πᾶσαι διὰ σέ.] Οἷον μηχαναὶ, πλοίων

v. 157 Θηρευτικάς] C. Vat. θηρευτικούς. Edd. recte consentit C. D'O. cum ista explicatione, κυνηγετικὰς pro κυνηγ.

---

sane, quorsum spectent, exploratum habeo: nisi quod suspicer tantum, in prima Pluti editione quoddam aliud vice ὀνόματος fuisse vocabulum, cui haec adnotatio, ad primum Plutum pertinens, apta responderit. Videndum interim, an collocatione variata, quod remedium ad extricandam Scholiorum difficultatem saepe conducit, nonnihil promoveatur: Περιπέττουσι] Ἀντὶ τοῦ περικαλύπτουσι τὴν ἀσέλγειαν. Τὸ δὲ περιπέττειν ἤτοι ἀπὸ τοῦ περιπετάσματος εἴρηται διὰ τὸ τῷ προσθέτῳ κοσμεῖσθαι .... προσθέτοις· ἢ ἀπὸ τῶν ζύμῃ etc. Illa certe μοχθηρίαν δὲ . . . τοῦ ἀργυρίου diversi sunt Scholiastae ab isto, qui μοχθηρίαν interpretabatur ἀσέλγειαν, dissentientis: vide *Suidam* in Μοχθηρία. Scripsi vero περιπετάσματος auctore *Eustathio* ad Il. Θ. p. 722. v. 32. τὸ καταπέτασμα, ὅπερ ὁ Κωμικὸς παραπέτασμα (Ran. v. 969.) λέγει, δυνάμενον, ὡς εἰκὸς, ῥηθῆναι καὶ περιπέτασμα, ὡς δηλοῖ ὁ ἐξηγησάμενος παρ' αὐτῷ τὸ, Ὀνόματι περιπέττουσι τὴν μοχθηρίαν. In C. D'O. ὀνόματι adscriptum invenio: ἵππου ἢ ἄλλου τινὸς καλύπτουσι τὴν κακίαν.

90 Δοκεῖ οὖν etc.] *Suid.* in Περιπέττειν posito *Aristophanis* versu adjungit: τουτέστιν, εἰώθασι τῷ τοῦ ἵππου ὀνόματι καταχρῆσθαι εἰς μοχθηρίαν· ceteris omnino prae-

Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σκυτοτομεῖ καθήμενος·
Ἕτερος δὲ χαλκεύει τις· ὁ δὲ τεκταίνεται·
Ὁ δὲ χρυσοχοεῖ γε, χρυσίον παρὰ σοῦ λαβών.
Ὁ δὲ λωποδυτεῖ γε νὴ Δί'· ὁ δὲ τοιχωρυχεῖ. 165

κατασκευαί. * Τέχναι λέγονται τὰ τῶν ἀνθρώπων 91 σοφίσματα, οἷον χαλκευτική, τεκτονική, καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται. Τέχνη λέγεται καὶ ἡ μηχανή, καὶ ὁ δόλος, ἀφ' ἧς καὶ τεχνάζομαι ἀντὶ τοῦ δολιεύομαι, καὶ μηχανῶμαι. σοφίσματα δὲ * τὰ διὰ λόγων μαθήματα πάντα.

161 Ἔσθ' εὑρημένα.] Τὴν σύνταξιν πρὸς τὸ οὐδέτερον τελευταῖον ἀπέδωκε· 92 λέγω δή, τὸ εὑρημένα πρὸς τὸ σοφίσματα.

166 Κναφεύει.] Ἀττικὸν μὲν τὸ διὰ τοῦ κ, κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. οἱ παλαιοὶ δὲ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ, κνάφος. ἔστι δὲ ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. οἱ δὲ νεώτεροι διὰ τοῦ γ παρὰ τὴν γνάψιν. Κναφεὺς μὲν παρὰ τὸ κνῶ, ὃ σημαίνει τὸ ξύω. 93 Ὅμηρος·

– – – – ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
Κνήστῃ χαλκείῃ· – – – –

v. 164 Χρυσοχοεῖ γε] *Kusterus* explendo versui dedit, χρυσοχοεῖ τις· *Bentleio*, judici inprimis idoneo, videbatur elegantius, χρυσοχοεῖ, τὸ χρυσίον etc. Prior sola nititur conjectura: alteri suffragatur non Ed. tantum Farreana, sed et C. Bodl. Praetuli tamen, χρυσοχοεῖ γε, quod Editionis Flor. cujus auctoritate parum alioqui moverer, lectionem istam adfirmarent Codd. Vatic. et D'O. Illud γε non sine causa quinquies repetitum videbis. Modo C. D'O. τεκτένεται.

---

termissis, seu quod in suo libro non reperiret, sive deterritus difficultate loci. Haec autem ipsa sunt obscura, et certe declarant periisse quaedam, unde eorum intellectus pependerit. An respicitur ad ἱππόπορνος;

91 Σοφίσματα] *Inventa:* sed aptius scribi potuerat ἐπιτηδεύματα. Hoc Scholion in A. mutilum, ex qua tamen adjeci in fine πάντα· pro μηχάνομαι Edd. Fl. et B. recte P. et K. μηχανῶμαι.

92 Λέγω] Ita reposui pro λέγε priorum Edd. *retulit, inquam*, εὑρημένα *ad neutrum proximum* σοφίσματα.

93 Ὅμηρος] Il. Λ, 638. Haec eadem totidem fere

Ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ πλύνει κώδια·
Ὁ δὲ βυρσοδεψεῖ γ'· ὁ δέ γε πωλεῖ κρόμμυα.
Ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διὰ σέ που παρατίλλεται.
Πλ. Οἴμοι τάλας, ταυτί μ' ἐλάνθανεν πάλαι.
Χρ. Μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ; 170

γναφεὺς δὲ παρὰ τὴν τοῦ φάρους γνάψιν, ἥτις ἐςὶ παρὰ τὸ γάνος τὸ λαμπρόν.

168 Παρατίλλεται.] Ἔθος ἦν τὸν ἁλόντα μοιχείας παρατίλλεσθαι, ἵνα δοὺς ἀργύριον 94 ποινὴν λυθῇ. παρατίλλεται οὖν, διασείεται, τὰς τρίχας τοῦ πρωκτοῦ τίλλεται· αὕτη γὰρ ὥριςο δίκη τοῖς μοιχοῖς πένησιν, ἀποραφανίδωσις καὶ παρατιλμός. οἱ γὰρ πλούσιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο. παρατίλλεται οὖν φησι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι χρήμασι λυτροῦσθαι τὴν πυγήν. δημοσίᾳ γὰρ ταῦτα ἔπασχον.

170 Μέγας δὲ βασιλεύς.] Τὸν τῶν Περσῶν λέγει· οὕτως γὰρ ἔλεγον αὐτὸν διὰ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι Περσικῇ. Κομᾷ δὲ εἶπεν, τουτέςι, σεμνύνεται τῇ περιουσίᾳ τῆς ἀρχῆς, ἀπὸ τῶν μέγα φρονούντων τῇ κόμῃ.

v. 166 Ὁ δὲ κναφεύει τις] Hic etiam τις fuerit expellendum, si C. D'O. obsequaris: Ὁ δὲ κναφεύει γε· apostrophi tantum ope bene metro consuletur: Ὁ δὲ κναφεύει γ', ὁ δέ γε πλύνει κώδια. Κναφεύει inter versus explicat, βάπτει ἢ λευκαίνει· τοιχωρυχεῖ, τρυπᾷ τοῖχον. Mox παρατίλεται· tum recte ἐλάνθανεν, ut *Kuster.* pro priorum Edd. ἐλάνθανε.

---

verbis leguntur apud *Harpocrat.* in Γναφεὺς, et *Suid.* in Κνάφος, Κναφεὺς, quorum ope non arduum fuit paucas Scholiasae mendas expurgare: ex alio fonte sua derivavit *Etymolog.* p. 521. In fine pro γάνος *Suidas* γανὸν adjective: quod satis placet; sed alterum est frequentioris usus. Γνάπτειν autem oriri a γάνος, non intercedo, quin pro futili Grammaticorum nugacium commento explodatur. De commutatione τῶν γ et κ in hisce vocibus egi ad *Lucian.* Δ. Φων. p. 86.

94 Ποινὴν] Ita refinxi, quod in cunctis Edd. erat ποινῆς, servatum a *Sam. Petito* ad LL. AA. p. 464. ubi *Scholiastae* locum proposuit. Exc. ex *Nicol. Da-*

Καρ. Ἐκκλησία δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον γίγνεται;
Χρ. Τί δέ; τὰς τριήρεις οὐ σὺ πληροῖς, εἰπέ μοι;

171 Ἐκκλησία δέ.] Ἵνα πόρον εὕρῃ χρημάτων. ἐκκλησιάζομεν γὰρ ἢ τῶν ἰδίων τὶ σῶσαι βουλόμενοι, ἢ τῶν ἀλλοτρίων σφετερίσασθαι. διαβάλλει δὲ τὸ ἐπὶ 95 φιλονεικίᾳ τῶν Ἀθηναίων τριώβολον.

172 Τὰς τριήρεις.] Οἱ γὰρ εὔποροι τῶν τριηράρχων πλείονας ναύτας ἔτρεφον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπλήρουν τὰς ναῦς· οἱ δὲ πένητες οὐδαμοῦ.

173 Τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ.] 96 Ὡς τῶν Ἀθηναίων δι' ἑαυτῶν μὴ βουλομένων πολεμεῖν πρὸς Κορινθίους διὰ τὸν κίνδυνον, μισθουμένων δὲ ξένους εἰς τὸν πόλεμον καὶ τρεφόντων αὐτούς. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς πολλοῖς τῶν πολέμων διεπράττοντο. Ἄλλως. ὡς ἀεὶ ξενικόν τι ἐχόντων Κορινθίων, καὶ οὐχ ὡς ἰδίως κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον· δῆλον δὲ ἐκ τοῦ ἐν δευτέρῳ φέρεσθαι, ὃς ἔσχατος ἐδιδάχθη ὑπ' αὐτοῦ εἰκοστῷ ἔτει ὕστερον· εἰ μὴ, ὅπερ εἰκὸς, ἐκ τοῦ δευτέρου τοῦτο μετήνεκται. ἐκεῖ γὰρ ὀρθῶς ἔχει. ἤδη γὰρ ὁ Κορινθιακὸς πόλεμος συνέστη τρισὶν ἢ τέτρασιν ἔτεσι πρότερον τοῦ Ἀντιπάτρου, 97 ἐφ' οὗ ἐδιδάχθη, καὶ τὸ συμμαχικὸν ἐπανήθροιστο ἐν Κορίνθῳ· τὸ δὲ Λακεδαιμονικὸν, ἐν Σικυῶνι. Ἄλλως. μετὰ τὸν πόλεμον τὸν Πελοποννησιακὸν, αὐτοὶ οἱ σύμμαχοι τῶν Λακεδαιμονίων 98 ἐκρότησαν πόλεμον κατ' αὐτῶν· συνέβαλον δὲ αὐτοῖς Ἀθηναῖοι, καὶ ἔσχον τὴν Κόρινθον ὁρμητήριον, εἰς ἣν ἔπεμψαν ξενικὸν στράτευμα, καὶ αὐτοὶ ἔτρεφον αὐτό. τοῦ δὲ

v. 171 Γίγνεται] C. D'O. γίνεται. Ἐκκλησία perperam explicatur eo in libro ἡ συνέλευσις κριτῶν.

v. 172 Πληροῖς] Fl. et Bened. Iuntae Ed. A. 1540. vitiose συμπληροῖς, et sequ. v. C. D'O. Τὸν δ' ἐν Κ.

masc. p. 437. δώσει Παρσώνδῃ κοινὴν ὧν ἔδρασεν ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου. Sequentia *Suidas* habet in Παρατίλλεται, voculis solum aliquot, non sensu diversa.

95 Φιλονεικίᾳ] Φιλοδικίᾳ *Suid.* in Ἐκκλησίαν· praeferendum videtur. Vacillat tamen oratio Graeca: talem in modum fuerat scribendum: διαβάλλει δὲ ἐπὶ φιλονεικίᾳ, vel, φιλοδικίᾳ τοὺς Ἀθηναίους καὶ τὸ τριώβολον αὐτῶν· mirum ni sententia quibusdam amissis facta fuerit obscurior. Τριώβολον ἐκκλησιαστικὸν et δικαστικὸν, de quo utroque tractandum erit ad v. 329.

Καρ. Τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει;
Χρ. Ὁ Πάμφιλος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον κλαύσεται;

ϛρατεύματος ἦρχεν Ἰφικράτης ὁ ϛρατηγός. τινὲς δέ φασι Κορινθίοις ἀδικουμένοις ὑπὸ Λακεδαιμονίων συμμάχους πέμψαι Ἀθηναίους, καὶ ἔτρεφον Κορίνθιοι. φασὶ δὲ αὐτοὺς ὑφορωμένους Ἀθηναίους ξενικὸν τρέφειν συμμαχίας χάριν. ἦν δὲ καταϛήσας τοὺς ξένους ἐν Κορίνθῳ Κόνων ὁ Ἀθηναίων ϛρατηγὸς καθελὼν Λακεδαιμονίους, ὅπως φυλάττοι τὴν ἔφοδον αὐτῶν. Ἄλλως. 99 διπλῶς ᾄδεται ἡ ἱϛορία· ἢ ὅτι Κορίνθιοι Λακεδαιμονίους ὑφορώμενοι ἐμισθοῦντό τινας τῶν Ἀθηναίων εἰς τὴν αὐτῶν φυλακήν· ἢ Ἀθηναίους ἐφοβοῦντο, ἵνα μὴ ὑπ' αὐτῶν δουλαγωγηθεῖεν, καὶ διὰ τοῦτο ξένους τινὰς ἐν Κορίνθῳ ἔτρεφον, ἀσφαλείας ἕνεκα.

174 Ὁ Πάμφιλος δέ.] Ὁ Πάμφιλος οὗτος καὶ ὁ Βελονοπώλης ἀμφότεροι δανεισαὶ Ἀθήνησιν. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν πλουτοῦσιν, εἶπεν οὐχὶ κλαύσονται; ὁ Πάμφιλος δὲ δημαγωγὸς ἦν 1 οἱονεὶ πολιτευόμενος, καὶ ἔκλεπτε τὰ τοῦ δήμου, ὡς καὶ Πλάτων φησὶν Ἀμφιαράῳ. καὶ νὴ Δί' εἰ Πάμφιλόν γε φαίης κλέπτειν τὰ κοινὰ, ἅμα τε συκοφαντεῖν. οὗτος οὖν ἀλοὺς ἐπὶ κλοπῇ τῶν δημοσίων χρημάτων, ἀθρόως ἐξέπεσε δημευθεὶς, ταύτην δίκην πεπονθώς. τινὲς δὲ τὸν Βελονοπώλην παράσιτόν φασι τοῦ Παμφίλου· δυστυχοῦντος οὖν τοῦ Παμφίλου ἀνάγκη καὶ αὐτὸν συνδυστυχεῖν αὐτῷ.

96 Ὡς τῶν Ἀθηναίων etc.] Ex adnotatione tota nihil aliud quam haec priora usque διεπράττοντο *Suidas* in Lexicon retulit, forma tantum orationis mutata.

97 Ἐφ' οὗ] Vitium priscarum Edd. ὑφ' οὗ bene correxit *Kusterus*, neque aliter *S. Petitus* Misc. I. c. 11. Auctor hujus Scholii primum Plutum prae manibus habebat, proxime sequentis secundum.

98 Ἐκρότησαν] Verum est *Is. Casaubonum* in *Athen.* IV. p. 182. A. κεκρότηται συμπόσια pro συγκεκρότηται poni voluisse: quod ut non concedo, sic κροτεῖν πόλεμον pro συγκροτεῖν usurpari omnino non memini. Idcirco reponendum videtur συνεκρότησαν.

99 Διπλῶς ᾄδεται etc.] Hoc Scholium, quod prorsus omissum non desideraremus, ostendit etiam margo C. D'O. sine ulla variatione.

1 Οἱονεὶ πολιτευόμενος] Ejici debebant, ut quae fuerint ad explicandam vocem δημαγωγὸς studiosi lectoris manu adjecta. Mox licere

Καρ. Ὁ βελονοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου; 175
Χρ. Ἀγύῤῥιος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται;

176 Ἀγύῤῥιος δέ.] Ἀθηναῖος οὗτος ἐπὶ μαλακίᾳ τοσοῦτον διαβάλλεται, ὡς καὶ πορδὰς ἀφιέναι. καὶ εἰς θρασύτητα δὲ τὸν Ἀγύῤῥιον κωμῳδοῦσι. πέρδεται δὲ, ςρηνιᾷ πλουτῶν.

177 Φιλέψιος.] 2 Οὗτος πένης ὢν λέγων ἱςορίας ἐτρέφετο. τερατώδης δὲ καὶ λάλος διαβάλλεται, ὡς ὁ Πλάτων ὁ κωμικός.

178 Ἡ ξυμμαχία.] Ἐπὶ Ἀμάσιδος Αἰγυπτίων βασιλέως ἐν σιτοδείᾳ ὄντες οἱ Ἀθηναῖοι, ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν αἰτοῦντες σῖτον· καὶ ἔπεμψεν αὐτοῖς ἱκανόν. ἐκ τούτου Ἀθηναῖοι ἔπεμψαν τοῖς Αἰγυπτίοις συμμαχίαν εἰς τὸν τῶν Περσῶν πόλεμον, καὶ εἶχον φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς ἀλλήλους. Ὕςερον μέντοι ἐλύθη, καὶ συνεμάχησαν οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς Βασιλέως ςρατηγοῖς κατὰ τῶν Αἰγυπτίων Ἰφικράτους ἡγουμένου. ἦσαν γὰρ ἄμφω αὐτοῖς φίλοι. διὸ καὶ Ψαμμίτιχος λέγεται πέμψαι πυρῶν μυριάδας τρεῖς.

v. 176 Ἀγύῤῥιος] Suum huic homini nomen vindicare non dubitavi, in quo quam crebro fuerit peccatum, adnotationes nostrae docebunt. Πέρδεται adscriptum habet in C. D'O. κλάνει· verbum esse recentioris Graecismi auguror.

---

mihi sum arbitratus, ut in *Platonis* Comici verbis pro συκοφάντην reponerem συκοφαντεῖν. *Suid.* Πάμφιλος, δημαγωγὸς Ἀθήνησι. καὶ ἔκλεπτε τὰ τοῦ δήμου, καὶ φωραθεὶς ἐπ' αὐτοφώρῳ κατελύθη, ὥς φησιν Ἀριςοφάνης.

2 Οὗτος πένης] A. ἀντὶ τοῦ ὄντος etc. in Fl. deletum est ἀντὶ τοῦ· melius fuerat transferri ad proxima: πέρδεται δὲ ἀντὶ τοῦ, ςρηνιᾷ πλουτῶν.

3 Τοῖς Ἀθ. ἐλ. συμμάχους] Hic caret Ed. princeps. Florentina, quam reliquae sequuntur, non incommode supplevit: *Fracini* tamen ingenio deberi, non membranis veteribus, existimo. Sunt quaedam in his non unius enarratoris, neque ad eandem editionem Pluti Scholiis et corrupta et loco mota, quibus auxilium alibi ferre opportunum erit. De Inaro juvabit adire Doctiss. Interpretes *Thucydid.* p. 67. n. 83. de Megabazo p. 70. n. 99.

4 Ἔλεσι] Omnes Edd. Ἔλλησι· turpis macula non hoc solo in loco Viros eruditos fefellit. Certissimam emendationem restituere non dubitavi; eoque magis, quod calculum tulit Collegae et amici nostri *P. Wesselingii* ad *Hierocl.* Συνέκδ. p. 726. Aegyptus olim sub primo

Καρ. Φιλέψιος δ' οὐχ ἕνεκά σου μύθους λέγει;
Χρ. Ἡ ξυμμαχία δ' οὐ διὰ σὲ τοῖς Αἰγυπτίοις;

Ἄλλως. Ψαμμίτιχος χαλεπὸς Αἰγυπτίων τύραννος καὶ σκαιότατος, Βούσιριν ὑπερηκοντικώς, οὗ καταψηφισάμενοι οἱ ἀρχόμενοι πρεσβεύουσι πρὸς Ἀθηναίους, διὰ σίτου ἀποπομπῆς ἀμοιβαῖον αἰτοῦντες, καὶ ἀμείλικτον ἄρχοντα τοῦτον ἐκβαλόντες. Ἄλλως. Ὅτε Ξέρξης ἐπ' Αἰγυπτίους ἐςρατεύετο, οἱ Ἀθηναῖοι συμμαχίαν αὐτοῖς ἀπέςειλαν. Ἄλλως. Ἰνάρως ὁ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεὺς ἀπέςησε τοῦ Βασιλέως Ξέρξου μοῖράν τινα τῆς Αἰγύπτου, καὶ χρήματα πέμψας 3 * τοῖς Ἀθηναίοις ἔλαβε συμμάχους *, οἵτινες καὶ διαπεράσαντες εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἔν τινι τῶν τοῦ Νείλου ςομάτων ἀναπλεύσαντες, προσέσχον τοῖς 4 ἕλεσι. Μεγάβαζος δὲ ὁ τοῦ Βασιλέως Περσῶν ςρατηγὸς τὸν ποταμὸν διακόψας, καὶ ἀλλαχόσε τρέψας, εἷλεν ἐκείνους ἐπὶ ξηρᾶς καὶ ἀπέκτεινεν.

v. 178 Οὐ διὰ σὲ] *Kusterum*, etsi nihil monuerit, sum secutus. Edd. quas vidi, cunctae cum C. D'O. οὐχί, quod metri legibus inimicum est. Commodiorem aliam constituendi versus rationem inire non potui.

---

rege Mena πλὴν τοῦ Θηβαϊκοῦ νόμου πᾶσα ἕλος· *Herodot.* II, 4. postquam fluvii beneficio limum agentis nata fuit atque aggesta, totum Delta paludibus adfluxit; praesertim singulis annis exundante Nilo, quem merito *paludosum* vocat *Statius*. Hinc non tantum crebro memorantur τὰ τοῦ Νείλου ἕλη, vel τὰ ἕλη τὰ περὶ τὸν Νεῖλον *Themist.* Or. X. p. 140. A. sed etiam τὰ κατ' Αἴγυπτον ἕλη *Hesych.* in Σάριν· τὰ Αἰγυπτιακὰ ἕλη καὶ λίμναι *Strab.* XVII. p. 1151. A. inter Tanicum et Pelusiacum ostia λίμναι καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ p. 1154. D. e Pelusio progredientibus εἶναι διώρυγα τὴν πληροῦσαν τὰς κατὰ τὰ ἕλη καλουμένας λίμνας ex *Artemidoro* p. 1156. nam τὰ ἕλη τὰ περὶ τὸ Πηλούσιον, quorum meminit I. p. 87. A. non alia sunt, quam quae proprie Βάραθρα dicebantur, et τὰ τῆς Σερβωνίδος ἕλη *Plutarcho* in Anton. p. 917. A. Τὰ ἐν τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς ἕλεσιν *Theophr.* Hist. Pl. IV. c. 3. et de Caus. Pl. VI. c. 16. καθάπερ ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ καλάμου τοῦ ἐς τοῖς ἕλεσιν. Verum praeterea τὸ Ἕλος Aegypti inferioris pars hoc proprio designata nomine, Bolbitino et Sebennytico ostiis inclusa; quemadmodum *Schol. Aeschyli* ad Pers. v. 39. ἑλειοβάτας exponit τὸ Αἰγύπτιον ἕλος οἰκοῦντας· eoque

Καρ. Ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;

179 Ἐρᾷ δὲ Λαΐς.] Ὅτι Ἀριστοφάνης οὐ λέγει σύμφωνα κατὰ τοὺς χρόνους· ληφθῆναι γάρ φασιν αὐτὴν ἐν Σικελίᾳ πολιχνίου τινὸς ἁλόντος ὑπὸ Νικίου ἑπτέτιν· ὠνηθῆναι δὲ ὑπὸ Κορινθίου τινὸς καὶ πεμφθῆναι δῶρον τῇ γυναικὶ εἰς Κόρινθον. ἵνα δὴ 5 ἐπὶ Χαβρίου τὶς ταῦτα γενέσθαι δῷ, ὅτε εὖ ἔπραττον Ἀθηναῖοι ἐν Σικελίᾳ. ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ιδ. ὥστε ἄλογον διὰ ὀνόματος αὐτὴν ἐπαίρειν. ἐμφαίνει δὲ καὶ 6 Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει ὕστερον διδαχθῆναι ἐπὶ Διοκλέους, ὡς μηκέτι αὐτῆς οὔσης. δύναται μέντοι καὶ αὐτῆς ζώσης λέγεσθαι. Φιλωνίδην δὲ οὐ τὸν ποιητήν φησι τὸν ἐν τοῖς Ἀριστοφα-

v. 179 Οὐ διὰ] Hic etiam C. D'O. ingerit οὐχὶ, et Φιλονίδου· prius ferri potest; alterum mendosum. Errore Fl. Ἐρᾷ δὲ ὁ Λαῒς ceterae omnes vacant.

---

pacto capiendum arbitror in *Euseb.* ad Hesaiam p. 431. C. saepius τὰ Ἕλη apud *Herodot.* II. c. 92. 137. 140. 151. 152. *Theophrast.* Hist. Pl. IV, c. 11. νῆσοι πλοάδες, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ τὰ Ἕλη. *Thucydides* autem, cui consentit in hac ipsa captorum e Megabazo caesorumque Atheniensium historia noster Scholiastes, alios auctores secuto *Diodoro* XI. p. 282. B. meminit Ἀμυρταίου τοῦ ἐν τοῖς Ἕλεσι βασιλέως. Contingere tamen non raro fateor, ut dubium videatur, haec regio insularis, an paludes Aegypti universe sint intelligendae. Eadem haberi debeant τὰ Βουκόλια, nec ne, alibi disquiretur.

5 Ἐπὶ Χαβρίου] Inter Chabriam et Dioclem archontes anni intersunt quinque: quod ergo sequitur, ἔστι δὲ ἕως Διοκλέους ἔτη ιδ, eorum initium est a Laïde nata ducendum. Simul apparet, haec eum in modum esse scripta, ut, quin priorem Plutum in manibus haberet, enarrator iste non dubitarit. Pro ἐπαίρειν potius duco ἐπαινεῖν.

6 Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ] Locus corruptissimus: dolendum enimvero, egregias antiquissimorum Interpretum reliquias tot maculis inquinari. Platonis in Phaedro, quod ad Laïdem pertineat, omnino nihil invenies: quare Platonem Comicum esse intelligendum minime ambigo: latet igitur fabulae titulus in Φαίδρῳ. Duplex emendandi via, vel ἐν Ἀμφιαράῳ, quod ex proximo peti potest; nam Platonis Amphiaraum laudat *Schol.* ad v. 174. vel, quod magis adlubescit, ἐν τῷ Παιδαρίῳ· hoc etiam Platonis drama

νίοις ἐγγεγραμμένον δράμασιν, ὡς οἱ περὶ Καλλίστρατον 7 ἐν τῇ ὁμωνυμίᾳ πλανηθέντες· ἀλλὰ παιδιᾶς ἕνεκεν τὸν αἴσχιστον καὶ ἀπαίδευτον. κωμῳδεῖται δὲ ὡς εὔπορος, καὶ ὡς μέγας τῷ σώματι, καὶ ἠλίθιος. 8 Νικοχάρης Γαλατείᾳ, Ἦ δῆτ' ἀπαιδευτότερος εἶ Φιλωνίδου Τοῦ Μελιτέως. - - - - περὶ δὲ τοῦ μεγέθους 9 Φιλύλλιός φησιν,

Ἤ τις κάμηλος ἔτεκε τὸν Φιλωνίδην;

καὶ Πλάτων δὲ Λαΐῳ φησὶν,

- - - - οὐχ ὁρᾷς, ὅτι
Φιλωνίδην που τέτοκεν ἡ μήτηρ ὄνον
Τὸν Μελιτέα, κοὐκ ἔπαθεν οὐδέν; - - - -

καὶ Θεόπομπος Ἀφροδισίοις·

Ὄνος μὲν ὀγκᾶθ' ὁ Μελιτεὺς Φιλωνίδης·
Ὄνῳ μιγείσης μητρὸς ἔβλαστε τῇ πόλει.

Scholia memorant ad Ran. v. 310. Pac. 733. 948. Porro legendum διδαχθέντι ἐπὶ Φιλοκλέους· nam decimo et septimo post Dioclem anno summum Athenis magistratum tenuit Philocles: unde fabulae commissae tempus eadem opera patescit. Post οὔσης excidisse ipsa Comici verba, non difficulter animadvertitur.

7 Ἐν τῇ] Si quis defendat, non magno opere pugnabo: venerat tamen in mentem οἴονται. In explicando eorum, quae praecedunt, sensu ut ingenium *Kusteri* probo, sic nihil esse video causae, cur receptam lectionem sollicitemus.

8. Νικοχάρης] Ad v. 303. Νικόχαρις, et apud *Etymol.* p. 550. v. 14. Νικόχαρις Λημνίᾳ· - - - ἐπλέομεν, ὦ κόρη, Ἐπὶ κῶς - ⏑ - sive πλέομεν· ex quibus argumentum fabulae colligitur: *Navigamus, inquit Jason, o virgo Hypsipyle, ad petendum vellus aureum.* Sed Νικοχάρης verius est: vide *Poll.* x, 93. et *Jungermann.* *J. Meursius* in Bibl. Att. non inepte scripserat ab initio versus Ἤδη τ' ἀπαιδευτότερος pro vulgato ἠδὲ τ' ἀπ. ego *Bentleium* audire malui.

9 Φιλύλλιος] Φύλλιος Edd. cunctae: jamdudum occupaverant emendationem certam *Jungermann.* ad *Poll* x, 93. n. 76. et *Joh. Meurs.* Bibl. Att. In Comici verbis ἤτις A. Fl. K. ἦτις B. et G. Hoc mihi probum videbatur ea conditione, ut versus in formam interrogandi transiret: *Aut quae camelus peperit Philonidem?* pejus aliquanto *Meursius*, *An camelus aliquis* etc. Mox pro Λαΐῳ scribebatur in Edd. Λαΐ. Ego duumvirum magnorum, *Casauboni Bentleii*que, consensum non minoris aestimavi, quam veteris alicujus membranae auctoritatem. In *Platonis* loco pro ἀνόητον ingèniosissime *Bentleius* ὄνος τόν·

δόξειε δ' ἂν ἐρᾶσθαι τῆς Λαΐδος ἐκείνης 10 ὑπαγομένης αὐτόν. οὐ γὰρ ἐκείνου ἠράσθη Λαΐς, ἣ Διογένης ὁ φιλόσοφος ἐπιγράφει τῆς ἑλληνικῆς ἀκρασίας τὸ τρόπαιον. 11 Φιλωνίδης δὲ πλούσιος ἐν

unam insuper literam mutare si detur, obtinebimus, opinor, veram lectionem, ὄνον τὸν Μελιτέα· atque eum in modum refingere non dubitavi. Hoc scilicet mirandum erat, Philonidae matrem, quae illum asinum aerumnoso partu edidisset, nihil fuisse mali passam, nec penitus diruptam. Tum ὁ Μελιτεὺς *Bentleio* debetur pro eo, quod Edd. praetulerunt, ὁ μελίτου. *Meursius*, in hoc vitiorum genere naris non sagacissimae, cum *Gerardo*, *Meliti filius*. Neque tamen abhorreret οὐκ Μελίτης, quod *Aristophanis* est in Ran. v. 507.

10 Ὑπαγομένης] Hoc in A. sola. *Fracinus* in Fl. quam ceterae sequuntur, unius literae mutationem intulit ἐπαγομένης· quod si veterum librorum fide factum constaret, amplecteremur forte: est enim ἐπάγεσθαι aliquando *adlicere, blanditiis ad se perducere*, meretrici verbum utique conveniens; a qua potestate illa itidem dicuntur ἐπαγωγά, quae vim pellacem, magnumque lenocinium habent. Verum cur ab editionis castigatissimae, qualem merito *Gelenius* praedicat, vestigiis abeamus, nihil est causae: nam in ὑπάγεσθαι residet diversa quidem parumper, sed adfinis tamen significandi virtus, *dolis aliquem capere, deceptumque suae potestatis facere*: quod a Laïdis insidiis, quas non tam Philonidae, quam divitiis ejus struebat, minime abhorret. *Jamblich.* in Protr. ex *Platone*: ἐνεδρεύει καὶ θηρεύεται τὴν δόξαν ἐπὶ ἀπάτῃ, καὶ ἃ ποιεῖται, ταῦτα καλλωπίζεται ὑπαγόμενος τοὺς ἀνθρώπους· commode *Scholiastes* ad Equ. v. 269. ὑπέρχεται exponit, ὑπάγεται τὸν δῆμον ὑποτρέχων, καὶ κολακεύει· eleganter *Ion* apud *Athen.* XIII. p. 604. D. ὡς εὖ ὑπηγάγετο τὸν παῖδα, *se bene callido commento decepisse puerum*. Haec pro veteri lectione firmanda sunt satis. Praeterea distinctionem cunctis in Edd. post Λαΐδος interjectam, quae sensum alienum efficiebat, tollere consultum duxi, ut aptior oriretur sequentibusque congruens hunc in modum: *videatur autem amore fuisse captus Laïdis istius*, de qua paulo ante dixi, Siculae, *blandas insidias admoventis: neque enim eum amaverit illa Lais, cui Diogenes* (Cratetem alii auctorem dicti ferunt) *adscripsit erectum Graecorum intemperantiae tropaeum*. Opportunum utique erat admonere, ne quis imprudens in eundem, qui sane multos fefellerat, errorem incideret, de duabus eodem nomine meretricibus, una

Κορίνθῳ. τούτου δὲ προσεποιεῖτο ἐρᾷν διὰ τὸν πλοῦτον Λαΐς. αὕτη δὲ θυγάτηρ ἦν 12 Τιμάνδρας. ἥτις 13 ἐξ Ὑκκάρων τῆς Σικελίας ἦν. ταύτην δὲ Φιλοξένῳ τῷ διθυραμβοποιῷ δέδωκε Διονύσιος ὁ ἐν Σικελίᾳ τύραννος. εἰς Κόρινθον σὺν ἦλθεν ἅμα Φιλοξένῳ, καὶ ἐπίσημος ἐκεῖ ἐγένετο, καὶ ἐφιλήθη ὑπὸ πάντων, καὶ

Sicula, quae Hyccaris orta Corinthum fuerat venumdata, altera vere Corinthia. *Menagius* haec proferens ad *Diogen.* L. VI, 60. minus adtente consideravit.

11 Φιλ. δὲ πλούσιος ἐν Κ.] Typothetae culpa desiderantur in B. et G. δὲ πλούσιος· melius cecidisset, si solum δὲ foret omissum: hic enim adnotationis novae, quae ab alio, quam superior, auctore fuerit profecta, initium est statuendum, ut ex eo intelligere facile licet, quod Philonides huic Enarratori non ille Melitensis Athenis, sed Corinthius habeatur divitiis potens: de Laïde non minus cum altero dissentit, hac tantum parte concordans, quod eam amorem simulasse perinde tradat.

12 Τιμάνδρας] Omnes Edd. Ἐπιμάνδρας· quod nomen ubi constiterit esse Graecum, quin in pristinam sedem remigret, non intercedam. Interea secutus sum *Plutarch.* in Alcib. p. 213. D. et *Athen.* XII. p. 535. C. τήν τε Λαΐδος τῆς Κορινθίας μητέρα Τιμάνδραν· non quidem me fugit aliud ejus referri nomen lib. XIII. p. 574. F. Δαμασάνδραν τῆς Λαΐδος τῆς νεωτέρας μητέρα· sed illud quin ex Comoedia, ubi Timandra, quae Alcibiadem, tantum virum, amore domuerit, a Comicorum aliquo risus gratia Damasandra fuerit appellata, sit depromtum, minime dubito: neque repertum iri credo, qui mihi neget, ad eandem, quae scripsit *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 326. ὁ τῆς Τιμάνδρας κατηγορῶν, ὡς πεπορνευκυίας, pertinere: unde licet appareat, auctorem hujus actionis Timandrae intentatae haberi incertum et neutiquam reprehensionis immunem, *Hyperidi* tamen adtributam fuisse nonnullorum judicio, *Suidas* ostenderit in Παιδάριον, siquidem ibi legendum est, Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Τιμάνδραν, non, quod Edd. obsidet, Τίμανδρον.

13 Ἐξ Ὑκκάρων] Quum legeretur in A. et Fl. ἐκκαρῶν, optime primus *Gelenius* in B. reposuit ἐξ Ὑκκαρῶν· (nam quis ἐκκαρῶν esse peccatum librarii formas literarum digerentis non videt?) quod merito deinceps a reliquis Editoribus fuit receptum: vide notas ad p. 12. et *Ortelii* Thes. in *Hyccara*.

14 Λέγουσι δὲ etc.] Ordo orationis vetat, ne quis haec de alia dici existimet, quam Timandra. Jam pone, Timandram A. 1. Ol. XCIV. quo mortem oppetiit Alcibiades, annos fuisse natam admodum viginti: quanquam ne hoc

περιβόητος ἦν ἑταιρίς. 14 *λέγουσι δὲ, ὅτι ἅμα Ἀλεξάνδρῳ ἀπεδήμησεν εἰς Πέρσας ἐκ Κορίνθου. ἡ δὲ Λαῒς ἐπισημοτέρα γέγονε τῆς μητρὸς ἐν Κορίνθῳ. ὕστερον δὲ καὶ αὐτὴ ἀπεδήμησεν εἰς Θεσσαλίαν, ἔνθα Εὐρυλόχου τινὸς ἢ Ἀριστονίκου ἠράσθη, παρ*

quidem ipsum difficultate caret, eam, quae a Dionysio (is autem tyrannidem invasit A. 4. Ol. XCIII.) Philoxeno dono data Corinthum pervenit, jam ante cum Alcibiade familiariter consuevisse. Verum ista res in quamcumque partem accipiatur, nunc mea nihil refert: illud volebam, inter mortem Alcibiadis, atque Alexandri in Asiam expeditionem, quae incidit in A. 3. Ol. CXI. annos intervenisse LXX. Habebimus igitur Timandram puellam nonagenariam, certe dignam, quae id aetatis juveni regum maximo grata comes adhaereret. Quid ergo? ut aliqua saltem parte scrupulus eximatur, tentandum est, an inverso duarum periodorum ordine succurri possit: *περιβόητος ἦν ἑταιρίς. Ἡ δὲ Λαῒς ἐπισημοτέρα γέγονε τῆς μητρὸς ἐν Κορίνθῳ· λέγουσι δὲ, ὅτι ἅμα Ἀλεξάνδρῳ ἀπεδήμησεν εἰς Πέρσας ἐκ Κορίνθου· ὕστερον δὲ καὶ αὖθις ἀπεδήμησεν* etc. non quod de ipsa Laïde nihil impeditum restare putem; etenim haec quoque nimium vetula, quam ut Alexandro placere potuisse credatur: sed quod persuasum mihi sit, in errore versari vel sponte sua lapsum Enarratorem nostrum, vel pravo duci temere obsecutum, qui pro Thaïde literae similitudine deceptus Laïdem supposuerit. Equidem in comitatu Alexandri neque Timandram, nec Laïdem usquam inveni: at certos testes citare licet *Clitarchum* apud *Athen.* XIII. p. 576. E. et *Plutarch.* in Alex. p. 687. A. qui non adfuisse tantum in Perside Thaïdem, sed ejus etiam temulenta protervia factum doceant, ut subjectis facibus regia Persarum conflagrarit: tametsi de toto hoc negotio quid senserit, dum tacet *Arrianus,* satis clamat. Istius peccati a *Scholiasta* commissi nulla suspicio *Perizonium* tetigit ad *Aeliani* V. H. x, 2. qui, quamvis *Palmerii* vestigiis insistens ad *Pausan.* Corinth. p. 368. in Laïde multo sudore defatigetur, parum tamen promovit. Videbimus alias, operaene sit pretium, famosissimarum Graeciae meretricum, quae sub uno Laïdis nomine celantur, historiam illustrare, numerum finire, exploratisque temporum notis distinguere. Scholiastae vero nostri meminerunt tum uterque, quos modo nominavi, tum inprimis *Henr. Vales.* in Not. *Maussac.* ad *Harpocr.* p. 310.

15 *Ξυλίναις χελώναις*] *Timaeus* an *Polemo* (uter enim tradiderit, per structuram orationis dubiam minus est apertum) crudele Thessalarum facinus narrat apud

ᾗ καὶ ἐβίωσε τὸν λοιπὸν χρόνον. αὐτῆς δὲ πολλοὶ τῶν Θετταλῶν ἠράσθησαν, καὶ τῷ ἔρωτι τὰ πρόθυρα αὐτῆς οἴνῳ ἔββαινον. καὶ φασὶν, ὅτι ζηλοτυποῦσαι αἱ Θετταλαὶ γυναῖκες ἐφόνευσαν αὐτὴν 15 ξυλίναις χελώναις τύπτουσαι ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης,

Athen. XIII. p. 589. A. inde verbis iisdem fere sumsit noster *Scholiastes*. Vicissim *Scholiastae* sua debet non solum *Suidas*, qui haec, paucis omissis, in V. Χελώνη descripsit, sed et *Helladius* apud *Phot.* p. 872. v. 20. nam, ne dubites, praecedit observatio de μονώτατος, quod licet a Grammaticis pro solocco habeatur, usurpasse tamen *Aristophanem* monet; atqui tertius ab hoc versus eum superlativum offert. Ab alio fonte derivasse, quae scribit in Ἐρωτ. p. 768. A. *Plutarchum* non obscure liquet, ut qui referat, tum Thessalas in templum Veneris adductam Laïda, lapidibusque obrutam interemisse, tum Venerem ex eo casu dictam ἀνδροφόνον· quae tamen appellatio quandoquidem rei, cujus designandae causa fuit imposita, convenire non videtur, forte melius in ἀνοσιοφόνον commutabitur. Sunt autem ξύλιναι χελῶναι scabella lignea, quae vel pedibus supponuntur, vel adscensum in lectos praebent: quare χελώνην *Hesychius* interpretatur ὑποπόδιον, et *Sext. Empir.* adv. Mathem. I. §. 246. τὸ ὑφ' ἡμῶν καλούμενον ὑποπόδιον Ἀθηναῖοι καὶ Κῷοι χελωνίδα καλοῦσιν· unde dubitari non potest, quin, rejecta Grammaticorum explicatione, eadem sit hujus vocabuli potestas amplectenda *Judith.* XIV, 15. Notavit *H. Stephan.* in Thes. L. Gr. T. IV. p. 466. F. 468. E. partim recte, partim secus. Ceterum iram Veneris, quae caedem in mulierum formosissima patratam ferre non potuit, quin immissa peste ulcisceretur, solus exposuit Enarrator *Aristophanis*. Illud autem pestilentiae telum, quo majestatem laesam vindicarent, acerrimum in promtu habuerunt obsoleti Veterum Dii: quamvis enim ratione propria τῶν λοιμικῶν παθῶν αἴτιοι censerentur Apollo ac Diana, ideo tamen neque aliis, si usus ferret, ejusdem mali inferendi negata fuit potestas. Vide *Schol. Euripid.* ad Med. v. 273. Propter ursam Braurone sagittis confixam in templo Dianae λοιμώδης νόσος τοῖς Ἀθηναίοις ἐνέπεσε, teste *Suida* in Ἄρκτος. Aeschines Athenis ejectus quum Delum appulisset, incolas invenit νοσεῖν λοιμώδη τινὰ νόσον, quae eos invaserat κατὰ μῆνιν Ἀπόλλωνος, ταφέντος ἐν τῇ νήσῳ τινὸς τῶν ἐπιφανῶν, οὐ πρότερον εἰωθός. Ep. I. Eam ob causam non ad oracula tantum confugiebant, quibus remediis plagam divinitus impositam averterent, sciscitaturi; sed et lustrationibus utebantur, novarumque vel

Χρ. Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος; Καρ. ἐμπέσοι γέ σοι. 180

πανηγύρεως οὔσης, ἐν ᾗ ἄνδρες οὐ παρεγίνοντο. διὸ τούτου ἕνεκα λοιμὸς κατέλαβε τὴν Θετταλίαν, ἕως ὕστερον ἱερὸν ἐποίησαν Ἀνοσίας Ἀφροδίτης, ἐπειδὴ αἱ γυναῖκες ἐν τῷ ἱερῷ ἀνόσιον τετολμήκασι φόνον.

180 Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος.] Οὗτος εἰς τοσοῦτον ἤρθη τῆς τύχης, ὥστε καὶ ἐν ὄψει 16 τούτου τὴν δαίμονα φαίνεσθαι. κατασκευάσας δὲ πύργον, οὐκ ἀπὸ τύχης ἔφη κατεσκευακέναι, ἀλλ' ἀπ' ἀνδρείας. ὀργισθεῖσα δὲ ἡ τύχη πένητα ἐποίησεν. οὐκ εἴασε δὲ εἰπεῖν, 17 διὰ τὸν πλοῦτον ἐγένετο, ἀλλ' ἐπήγαγε παρ' ὑπόνοιαν. Ἄλλως. Ὁ Τιμόθεος πλούσιος, 18 ἅμα δὲ καὶ ὄλβιος

v. 180 Χρ. Ὁ Τιμ. δὲ π.] In personis ordinandis C. D'O. ab Edd. haud parum discedit: haec Carioni tribuntur; Chremylo responsum, ἐμπέσοι γέ σοι· mox iterum Carioni Τὰ δὲ πράγματα, binique versus sequentes: contra Chremylo cedunt Κρατοῦσι etc. In his neque omnia, nec nihil probo. Placet servo vindicari Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος· cui Chremylus, loquacitatem ejus importune praecipitem, atque uno Laïdis exemplo non contentam retundens, honestius respondet, ἐμπέσοι γέ σοι, quam si dictum tam inominatum impudenter in herum jecisse Carion existimetur. Verum hoc pacto simul Chremylo concedam proximos tres versus, Carioni, quemadmodum faciunt Edd. vulgatae, Κρατοῦσι.....μόνος. Quod si quis tamen omnino C. D'O. subscribendum putet, non equidem multum adversabor.

---

statuarum vel aedium dedicationibus. Exemplum habet noster *Schol.* ad Ran. v. 504. ubi refert in Melita Herculis Averrunci ἵδρυσιν γενέσθαι κατὰ τὸν μέγαν λοιμόν· ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος· non aliam equidem intelligi pestilentiam arbitror, quam quae luculenter ab Historico gravissimo descripta II. c. 49. veram τοῦ μεγάλου λοιμοῦ appellationem commeruit.

16 Τούτου] Nihil erat, cur veterem lectionem A. et Fl. spernerem, utique non deteriorem ea, quam *Gelenius*, eumque secuti *Portus* et *Kusterus* reposuerunt τούτῳ.

17 Διὰ τὸν πλ.] Consentit C. D'O. qui primae versus parti, Ὁ Τιμοθέου δὲ πύργος, superne addidit, οὐχὶ διά σε ἐγένετο, alteri, τοῦτο παρ' ὑπόνοιαν.

18 Ἅμα δὲ καὶ ὄλβιος ἀνὴρ] *Suidas*, cujus Codex adnotatione praecedenti caruit, horum initium ita praebet: Οὗτος ὁ Τιμόθεος πλούσιος ὤν, καὶ στρατηγὸς Ἀθηναίων τεῖχος ᾠκοδόμησεν· ὃς εἰς τοσοῦτον etc. omis-

Χρ. Τὰ δὲ πράγματ' οὐχὶ διὰ σὲ πάντα πράττεται;
Μονώτατος γὰρ εἶ σὺ πάντων αἴτιος
Καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθ' ὅτι.
Καρ. Κρατοῦσι γοῦν κἂν τοῖς πολέμοις ἑκάστοτε,

ἀνὴρ, στρατηγὸς Ἀθηναίων, τεῖχος οἰκοδομήσας εἰς τοσοῦτον ἦρθη τῆς τύχης, ὡς τὴν δαίμονα ὄψει φαίνεσθαι τούτῳ. καὶ ἐν Ἀθήναις ἐν εἰκόσιν ἐποίουν αὐτὸν κοιμώμενον οἱ ζωγράφοι, καὶ τὰς τύχας φερούσας αὐτῷ εἰς δίκτυα πόλεις καὶ κορθοῦντα αὐτὰς, αἰνιττόμενοι τὴν εὐδαιμονίαν αὐτοῦ. ἀλαζονευόμενος δὲ ἐπὶ τῇ εὐτυχίᾳ ὁ Τιμόθεος ἔφη μᾶλλον αὐτοῦ εἶναι ἢ τῆς τύχης τὰ πραττόμενα. διὸ καὶ ἠτύχηκεν ὕστερον, νεμεσησάσης αὐτῷ τῆς τύχης. Πολλοὶ δὲ Τιμόθεοι κωμῳδοῦνται· νῦν δὲ τοῦ στρατηγοῦ μέμνηται, ὃς ὑψηλὸν πάνυ πύργον ἐποίησεν ὡς πλούσιος.

180 Ἐμπέσοι γέ σοι.] Παρ' ὑπόνοιαν τοῦτό φησι, δέον εἰπεῖν θαυμαστὸς καὶ μέγας.

182 * Μονώτατος γὰρ εἶ σύ.] 19 Λυκοῦργος κατὰ Λεωκράτους· τοιγαροῦν μονώτατοι ἐπώνυμοι τῆς χώρας εἰσί. *

184 Κρατοῦσι γοῦν.] Χρήμασι γὰρ ἐπικτῶνται συμμάχους καὶ

v. 183 Εὖ ἴσθ' ὅτι] Arund. εὖ οἶσθ'. Cum Edd. conspirat C. D'O. cujus ad hunc versum adscripta est talis adnotatio: Διὰ σὲ ἡ κλοπὴ καὶ τὰ λοιπά· διὰ σὲ καὶ τὰ κάλλιστα ἐν τοῖς ἀνθρώποις.

v. 184 Γοῦν] C. D'O. γὰρ νῦν et πολεμίοις, liberalius, quam par erat, septenos huic versiculo pedes donans. Metro subveniri potest non una ratione: Κρατοῦσι γὰρ νῦν κἂν πολέμοις ἑκάστοτε· vel, Κρατοῦσι γὰρ οὖν κἂν τοῖς π. etc. Sed dubito, an varietatem eam pepererint diversae codicum antiquorum lectiones γοῦν, γὰρ (quod solum in hoc versu posuit *H. Stephan.* Th. T. 1. p. 1082. B.) νῦν, quas particulas saepe inter se permutari constat. Πολεμίοις habet etiam *Thomas Mag.* in Γοῦν, atque editionum sola Juntina A. 1515. Κρατοῦσι] ἄρχουσι· Scholion C. D'O.

---

sis, quae sane sunt inepta, ἅμα δὲ καὶ ὅλ. ἄν. tum ὡς τὸν δαίμονα φαίνεσθαι ὄψει τούτῳ. Secutus sum A. et Fl. nam *Gelenius* interposuerat ἐν ὄψει, parum memor, eam esse recentioribus loquendi rationem, ut ὄψει solum pro *coram* ponant. Praeterea disjunctas hujus Scholii partes, usus *Suida* duce, conglutinavi; in quo legitur elegantius τὰ κατορθώματα pro τὰ πραττόμενα. Quae de Timotheo scripsit *Ulpian.* ad *Demosth.* Olynth. II. p. 30. A. neque re nec verbis multum ab Enarratore nostro distant.

19 Λυκοῦργος] P. 159. v. 3. 6.

Ἐφ' οἷς ἂν οὗτος ἐπικαθέζηται μόνος. 185
Πλ. Ἐγὼ τοσαῦτα δυνατός εἰμ' εἷς ὢν ποιεῖν;
Χρ. Καὶ ναὶ μὰ Δία τούτων γε πολλῷ πλείονα.
Ὥστ' οὐδὲ μεστὸς σου γέγον' οὐδεὶς πώποτε.
Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐστὶ πάντων πλησμονή·
Ἔρωτος. Καρ. ἄρτων. Χρ. μουσικῆς. Καρ. τραγημάτων.

20 περιγίνονται.

185 Ἐπικαθέζηται.] Ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ζυγῶν· 21 καθέζεσθαι γὰρ τὸ βαρόυν λέγεται.

187 Ναὶ μὰ Δία.] Ὅτι καὶ 22 ἐπὶ κατωμοτικοῦ τὸ μὰ Δία, ὅταν αὐτοῦ προτάσσηται τὸ ναί.

189 Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων.] Παρὰ τὸ 23 Ὁμηρικόν,
Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος.

190 Ἔρωτος.] 24 Ὁ δοῦλος λέγει τὰ πρὸς τὴν γαστέρα, πρὸς τὸ θυμήρες τῆς κωμῳδίας ταῦτα τοῖς ὑπὸ τοῦ δεσπότου λεγομένοις σπουδαίοις παραπλέξας.

190 * Τραγημάτων.] Τὰ μετὰ τὴν εὐωχίαν τῇ τραπέζῃ τιθέμενα καλοῦσι τραγήματα· ὅθεν καὶ παροιμία, ἐκ τραγημάτων τὴν εὐωχίαν· λέγεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἡττόνων 25 τὰ μείζω θαυμαζόντων. *

v. 185 Ἐπικαθέζηται] Utrum ἐπικαθίζηται, an vitiosius ἐπικαθήζηται in C. D'O. librarius exararit, vix discernas: illud certe praeferunt Fl. et Ed. *Bened. Juntae* A. 1540.

v. 187 Πολλῷ] In C. D'O. fuerat πολλῶν· alterum literae ν latus erasum speciem ι, veluti solet in membranis, appositi reliquit: alioquin πολλῷ adverbii munere donatum, ejusque generis cuncta in vetustis Edd. non secus ac libris scriptis nullum ι recipiunt. Mox μεστὸς exponitur in C. D'O. κεχορτασμένος, et πλησμονή, χορτασία· tum ordine inverso, ἄλλων πάντων ἐστὶ πλησμονή, quem itidem in sola reperi *Ph. J.* A. 1515. violat Iambi legem.

20 Περιγίνονται] Addendum reor τῶν πολεμίων.

21 Καθέζεσθαι] *Suid.* Ἐπικαθέζεσθαι ... λέγομεν.

22 Ἐπὶ κατωμοτικοῦ] *Suid.* in Μὰ Δία· ἐπεὶ κατωμοτικὸν .... προτάττηται αὐτοῦ τὸ ναί.

23 Ὁμηρικόν] Il. N, 636.

Χρ. Τιμῆς. Καρ. πλακούντων. Χρ. ἀνδραγαθίας. Καρ. ἰσχάδων.

Χρ. Φιλοτιμίας. Καρ. μάζης. Χρ. στρατηγίας. Καρ. φακῆς.

Χρ. Σοῦ δ' ἐγένετ' οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπώποτε.
Ἀλλ' ἢν τάλαντά τις λάβῃ τριακαίδεκα,
Πολὺ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα· 195
Κἢν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετταράκοντα βούλεται,

192 Φακῆς.] Φακός ἐστιν ὁ ἀνέψητος· φακῆ δὲ ἡ ἑψημένη. περισπᾶται δὲ, ὥσπερ συκῆ, ἀμυγδαλῆ, καὶ τὰ τοιαῦτα. 26 Θεόκριτος· Κάλλιον, ὦ 'πιμελητὰ φιλάργυρε, τὸν φακὸν ἕψειν.

194 * Τάλαντα.] Ἰστέον, ὅτι ἡ δραχμὴ ἓξ ὀβολοί εἰσιν· ἡ δὲ μνᾶ ἑκατὸν δραχμαί· τὸ δὲ τάλαντον ὀγδοήκοντα μναῖ. Καὶ ὁ στατὴρ τὶ νόμισμα. *

195 Ἑκκαίδεκα.] Οἱ γράφοντες ἐξκαίδεκα, καὶ φάσκοντες οὕτω κάλλιον γράφειν, 27 ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐξ πρόθεσις, ἵνα συμφώνου ἐπαγομένου ἐκ γένηται, οὐ καλῶς, οἶμαι, λέγουσι· καὶ δῆλον ἀπό τε τοῦ ἕκτου καὶ τοῦ ἐκτὸς, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑκτικοῦ λεγομένου πυρετοῦ· οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇ προθέσει τὸ ξ τρέπεται, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις, ὡς δηλοῖ τὰ εἰρημένα· τὸ γὰρ ἑκτικὸν ἐκ τῆς ἕξεως γέγονε, καὶ τὸ ἐκτὸς ἐκ τοῦ ἔξω, καὶ τὸ ἕκτον ἀπὸ τοῦ ἕξ.

v. 196 Κἢν] Ita cum C. D'O. vetustae Edd. omnes: G. et A. *Kusteri* Κἂν. Γε adscisci nihil est necesse post ἀνύσῃ, quod supra scriptam habes in C. D'O. interpretationem, ἀναπληρώσῃ.

---

24 Ὁ δοῦλος] Scholion C. D'O. margini adpictum: Ὅρα πῶς ὁ δεσπότης τὰ πρέποντα αὐτῷ λέγει, ὁ δοῦλος τὰ συμφέροντα αὐτῷ.

25 Τὰ μείζω] In Fl. τὸ μεῖζον· inde *Gelenius* effinxit, non invitis *Porto* et *Kustero*, τὸ μεῖζον· ego facilius τὰ μείζω· praecedere vides τῶν ἡττόνων.

26 Θεόκριτος] Eid. X, 54. ibi δωρικώτερον legitur, τὼς φακὸς ἕψειν· quanquam *Scholiastes*, non aliter ac noster, τὸν φακὸν invenerit. Quod sequitur Scholion, margo C. D'O. suppeditavit.

27 Ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐξ πρ.] Quid velit, intelligi potest ex *Etymol.* p. 324. v. 14. Ἡ ἐξ πρόθεσις, ὅταν αὐτῇ σύμφωνον ἐπιφέρηται, τρέπει τὸ ξ εἰς κ.

Ἦ φησιν οὐ βιωτὸν αὐτῷ τὸν βίον.
Πλ. Εὖ τοι λέγειν ἐμοί γε φαίνεσθον πάνυ.
Πλὴν ἓν μόνον δέδοικα. Χρ. Φράζε τοῦ πέρι;
Πλ. Ὅπως ἐγὼ τὴν δύναμιν, ἣν ὑμεῖς φατὲ 200
Ἔχειν μ.., ταύτης δεσπότης γενήσομαι.
Χρ. Νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ καὶ λέγουσι πάντες, ὡς
Δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος. Πλ. ἥκιστ'· ἀλλά με

199 Πλὴν ἓν μόνον δέδοικα.] Τυφλὸς γὰρ ὢν οὐ δύναμαι ἐπελθεῖν, εἰ καί μοι τοσαύτη δύναμίς ἐστι. δέον οὖν ἐστὶν ἀναβλέψαι με.- * καὶ δέδοικα μὲν ἐγὼ ἀμεταβάτως, δεδίττω δὲ ἕτερον πρὸς αἰτιατικὴν συντασσόμενον. *

202 Νὴ τὸν Δί', ἀλλὰ καὶ λέγουσιν.] Οὐ σὺ μόνος λέγεις σαυτὸν δειλὸν, ἀλλὰ καὶ πάντες. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ ὁ Πλοῦτος εἶπεν, ἓν μόνον δέδοικα. τὸ δὲ νὴ Δία, κατωμοτικῶς ἀντὶ τοῦ, ἔσῃ κύριος τῆς δυνάμεως.

203 Δειλότατον ἔσθ' ὁ πλοῦτος.] Λέγεται περὶ τῶν πλουσίων ὅτι δειλοὶ, διὰ τὸ ἀγωνιᾷν περὶ τῶν χρημάτων. αἰνίττεται δὲ εἰς 28 Εὐριπίδην· ἐκεῖνος γὰρ φησιν,

Δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

ἀναφέρεται δὲ 29 ἐπὶ θεὸν ἡ τῶν χρωμένων κατηγορία.

v. 197 Οὐ βιωτὸν] In cunctis Edd. οὐκ εἶναι βιωτὸν, numero pedum ultra modum evagante: merito resecuit *Kusterus*, ut erat metri callentissimus, supervacuas voces; cujus emendationi insigne firmamentum accedit ex consensu C. D'O. ibi sane liquido perscriptum est, Ἦ, φησὶν, οὐ βιωτὸν αὐτοῦ τὸν βίον, addita, quae vitii fontem indicat, interpretatione, οὐκ εἶναι βιώσιμον, ἄξιον ζωῆς· ceterum αὐτοῦ vel αὑτοῦ scribas, an αὐτῷ, non multum interesse arbitror.

28 Εὐριπίδην] Phoeniss. v. 600. excerpsit *Stob.* p. 507. ubi perverse pro δειλὸν δ' in margine notatur, τυφλὸν δ'. Vide *J. Fr. Gronov.* de P. V. p. 3.

29 Ἐπὶ θεὸν] Bene *Gelenius* correxit, quod in A. et Fl. legebatur ἐπὶ θεῶν.

30 Τις τῶν Κωμικῶν] Quis Comicorum elegantem sententiam Diogenis (eum enim auctorem prodit *Diogen. L.* VI, 51.) his iambis expoliverit, equidem ignoro. Ejusdem dicti mentionem quoque fecit *Eustath.* ad Il. K. p. 812. v. 56.

Τοιχωρύχος τὶς διέβαλ᾽· εἰσδὺς γάρ ποτε,
Οὐκ εἶχεν, εἰς τὴν οἰκίαν, οὐδὲν λαβεῖν, 205
Εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλεισμένα·
Εἶτ᾽ ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν, δειλίαν.
Χρ. Μή νυν μελέτω σοι μηδέν, ὡς ἐὰν γένῃ
Ἀνὴρ πρόθυμος αὐτὸς εἰς τὰ πράγματα,
Βλέποντ᾽ ἀποδείξω σ᾽ ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως. 210

204 Τοιχωρύχος.] Περὶ πολλοῦ ποιοῦνται τὴν ἀσφάλειαν οἱ πλούσιοι· καί 30 τις τῶν Κωμικῶν φησι,

Τί ποτ᾽ ἐςὶ χλωρὸν, ἀντιβολῶ, τὸ χρυσίον;
Δέδοικ᾽ ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ πάντων ἀεί.

οἱ γὰρ εὔποροι τῷ φόβῳ τοῦ μὴ ληφθῆναι τὰ χρήματα, δειλότεροι γίνονται. τὸ ἐπ᾽ ἐκείνων οὖν μετήνεγκεν ἐπὶ τὸν Πλοῦτον.

206 Ἁπαξάπαντα.] Ἀντὶ τοῦ τέλεον. τὸ δὲ ἑξῆς, εἶτα εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλεισμένα.

209 Ἀνὴρ πρόθυμος.] Ἐὰν προθυμηθῇς καλῶς μετελθεῖν ταῦτα τὰ πράγματα, ὡς τοῖς μὲν δικαίοις συνεῖναι, τοῖς δὲ πονηροῖς μηδαμῶς.

210 Ὀξύτερον τοῦ Λυγκέως.] Λυγκεὺς, ὥς αὐτὸς ἐν Δαναΐσι φησὶν, υἱὸς Αἰγύπτου. ἐροῦμεν δ᾽ ἐκεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ· 31 ἐπεὶ

v. 204 Διέβαλ᾽] Praeter Farreanam Edd. reliquae διέβαλλ᾽. Inimicam metro liquidam monuit *Kusterus* esse abjiciendam. auctoritate C. Arund. non discrepat C. D'O. explicationem inter versus habens, ἐσυκοφάντησεν.

v. 206 Εὑρὼν ἁπαξάπαντα] C. D'O. Εὑρὼν γὰρ ἁπαξάπαντα· quomodo post λαβεῖν adponi par est majoris distinctionis notam, hunc vero versum cum sequenti connecti, Εὑρὼν γὰρ etc. εἶτ᾽ ὠνόμασε· illa mihi ratio nihilo videtur deterior vulgata, nec dubito, quin eandem lectionem Scholiastes fuerit secutus.

v. 210 Τοῦ Λυγκέως] In Lynceo C. D'O. librarius caecutivit λειγκαίως· ὀξύτερον etiam a recentiore manu emendatum. Idem modo v. 208. γένηται pro γένῃ· mox v. 211. δυνήσῃ.

---

31 Ἐπεὶ δοκεῖ παρ᾽ ἑτ. λ.] Haec quorsum pertineant, aegre perspici potest, nisi in Danaïdibus *Aristophanem* statuas, Comica forte jocandi libertate, utrosque Lynceos, hunc Aegypti, illum

Πλ. Πῶς οὖν δυνήσει τοῦτο δρᾶσαι θνητὸς ὤν;
Χρ. Ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδ', ἐξ ὧν εἶπέ μοι
Ὁ Φοῖβος αὐτὸς, Πυθικὴν σείσας δάφνην.
Πλ. Κἀκεῖνος οὖν ξύνοιδε ταῦτα; Χρ. φήμ' ἐγώ.
Πλ. Ὁρᾶτε. Χρ. μὴ φρόντιζε μηδὲν, ὦ 'γαθέ. 21

δοκεῖ παρ' ἱστορίαν λέγειν. τοσοῦτον δὲ ὀξυωπέστατος ἦν, ὡς κ δι' ἐλάτης ἰδεῖν Κάστορα δολοφονήσαντα τὸν ἀδελφὸν, ὥς φη 32 Πίνδαρος. Ἀπολλώνιος δέ φησι περὶ αὐτοῦ 33 ἐν τοῖς Ἀργ ναυτικοῖς,

– – – – εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος, ἀνέρα κεῖνον
Ῥηϊδίως καὶ νέρθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Γεγόνασι δὲ Λυγκεῖς διάφοροι· εἷς παῖς Αἰγύπτου· καὶ ἄλλ Ἀφαρέως παῖς, ὁ Λάκων, λέγεται Λυγκεὺς, οὗ μέμνηται κ Θεόκριτος 34 ἐν τῷ εἰς Διοσκούρους ὕμνῳ·

Τὼ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱὼ
Δοιὰς Λευκίπποιο κόρας· δοιὼ δ' ἄρα τώγε
Ἐσσυμένως ἐδίωκον ἀδελφεὼ υἷ' Ἀφαρῆος
Γαμβρὼ μελλογάμω Λυγκεὺς καὶ ὁ καρτερὸς Ἴδας.

ὃς ἐλέγετο εἶναι πάνυ ὀξυδερκέστατος, ὥστε καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ οὕτω μὲν μυθολογοῦσι· πρὸς δὲ τὸ πιθανὸν τοῦ λόγου ἐπινενόητι

Apharei filium confudisse, alterique, quod alterius erat, acumen visus incredibile tribuisse. *Suidas:* *Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλέπεις· οὗτος ἐγένετο ἀδελφὸς Ἴδα· ὡς δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσιν, υἱὸς Αἰγύπτου· τοσοῦτον δὲ ὀξυωπέστατος ἦν* etc. Quae post *Apollonii* versus sequuntur, nihil eorum in *Suida:* et sunt sane notae recentioris minusque spectatae. *Burmann.* Catal. Argon. in *Lynceus Scholiastae* nostri verba parum adcurate perpendit.

32 *Πίνδαρος*] Nemeon. I, 115. modo is sit locus, non alius aliquis ex amissis *Pindari* carminibus, quem animo *Scholiastes* habui nam ibi quidem *δρυὸς ἐν σ λέχει* sedentem Lynceus v det.

33 *Ἐν τοῖς Ἀργοναυτικοῖ* I, 154. ubi *νέρθε κατὰ χθ νὸς* editur.

34 *Ἐν τῷ εἰς Δ. ὕ.*] Ei XXII, 137. Hinc patet, t tulum olim huic poëm fuisse *Ὕμνον εἰς Διοσκούρους*

35 *Εὗρε μέταλλα* etc.] *P laephatum* descripsit *περὶ Ἀ* c. 10. ubi vide *Galeum:* ite *Apostolius* c. XII, 13.

Ἐγὼ γὰρ, εὖ τοῦτ᾽ ἴσθι, κἂν δεῖ μ᾽ ἀποθανεῖν,
Αὐτὸς διαπράξω ταῦτα. Καρ. κἂν βούλῃ γ᾽ ἐγώ.
Χρ. Πολλοὶ δ᾽ ἔσονται χ᾽ ἅτεροι νῷν ξύμμαχοι,
Ὅσοις δικαίοις οὖσιν οὐκ ἦν ἄλφιτα.
Πλ. Παπαὶ, πονήρους γ᾽ εἶπας ἡμῖν ξυμμάχους. 220

ὅτι πρῶτος οὗτος 35 εὗρε μέταλλα χρυσοῦ καὶ σιδήρου καὶ τῶν ἄλλων· ἐν δὲ τῇ μεταλλεύσει λύχνους μεταφέρων ὑπὸ τὴν γῆν, τοὺς μὲν κατέλιπεν ἐκεῖσε, αὐτὸς δὲ ἀνέφερε τὸν χαλκὸν, καὶ τὰ λοιπά· ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὅτι 36 Λυγκεὺς καὶ τὰ ὑπὸ γῆν ὁρᾷ, καὶ καταδύνων ἀργύριον 37 ἀναφέρει.

213 * Πυθικὴν σείσας δάφνην.] Φασὶν ὡς πλησίον τοῦ τρίποδος δάφνη ἵσατο, ἣν ἡ Πυθία, ἡνίκα ἐχρησμῴδει, ἔσειεν. *

219 * Οὐκ ἦν ἄλφιτα.] Ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἦν χρήματα, ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν· ἀπὸ γὰρ τῶν ἀλφίτων τὴν περιουσίαν δηλοῖ. ἢ ἀπὸ τοῦ προηγουμένου, τὸ ἑπόμενον. *

220 Παπαὶ, πονήρους εἶπας.] Τὸ παπαὶ σχετλιαστικὸν ἐνταῦθα. πονήρους δὲ, ἐπιπόνους, ἀτυχεῖς, ἀθλίους· ἢ τοῦ πόνου φροντίζοντας. ἴσον τῷ ἀσθενεῖς, ἀπράκτους. ὡς φαμὲν, πονήρως ἔχει τὰ πράγματα ἡμῖν. 38 στικτέον δὲ εἰς τὸ πονήρους· σημαίνει γὰρ νῦν τὸ ἐπιπόνους.

v. 216 Κἂν δεῖ] Codd. Vat. et D'O. κ᾽ εἰ· idque ipsum extat in Ed. *Farr.* Alterum usitatius: *Xenoph. Ephes.* II. p. 30. καὶ ζῶσα, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ· IV. p. 60. Mox C. D'O. κἂν βούλῃ μ᾽ ἐγω· an voluit? κἂν βούλωμ᾽ ἐγώ.

v. 218 Πολλοὶ δ᾽ ἔσονται] C. D'O. Π. γ᾽ ἔσονται, et νῷν. Tum altero abhinc versu πόνηρον, adscripta interpretatione γεωργόν· correxit recentior manus.

---

36 Λυγκεὺς] A. et Fl. Λυγγεύς· in praecedentibus nusquam in hoc nomine fuerat erratum: de isto mendo vide *Pantinum* ad *Apostol.* p. 325.

37 Ἀναφέρει] Omnes Edd. περιφέρει· nec discrepat *Apostolius.* Res ipsa postulat ἀναφέρει, quod legitur in *Palaephato*: paulo ante: ἀνέφερε τὸν χαλκόν.

38 Στ. δὲ εἰς τὸ π.] Haec in Edd. *Porti* ac *Kusteri* praetermissa revocavi ex A. Fl. et B. etsi non diffitear parum me, quo pertineant, exploratum habere. Nonnihil ab his discrepat *Suidas* in Πόνηρος· dubitavit autem nemo, quin vocis πόνηρος

Χρ. Οὐκ, ἤν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν.
'Αλλ' ἴθι σὺ μὲν ταχέως μολών. Καρ. Τί δρῶ,
λέγε.
Χρ. Τοὺς ξυγγεωργοὺς κάλεσον (εὑρήσεις δ' ἴσως
'Εν τοῖσιν ἀγροῖς αὐτοὺς ταλαιπωρουμένους)
Ὅπως ἂν ἴσον ἕκαςος ἐνταυθοῖ παρὼν 225
'Ημῖν μετάσχῃ τοῦδε τοῦ Πλούτου μέρος.
Καρ. Καὶ δὴ βαδίζω. τοῦτο δὲ τὸ κρεάδιον

221 Οὐκ, ἤν γε πλουτήσωσιν.] Οὐκ ἔσονται, φησὶ, πόνηροι καὶ ἐπίπονοι ἅπαξ πλουτήσαντες. * Πλουτῶ ἀμεταβάτως, ἀντὶ τοῦ πλοῦτον ἔχω· καὶ πλουτῶ μεταβατικῶς πρὸς αἰτιατικὴν, οἷον πλουτῶ ἀρετήν· καὶ πλουτῶ 39 μεταβατικῶς πρὸς γενικὴν, ὡς παρὰ Λιβανίῳ, πλουτῶ ῥημάτων, ἤγουν ἕνεκα τῶν ῥημάτων. *

221 * Πάλιν.] Ὡς καὶ πρώην. *

222 * 'Αλλ' ἴθι.] 40 Τὸ ἴθι ῥῆμα μὲν ὂν μετὰ μέλλοντος μετοχικοῦ συντάσσεται, οἷον, ἴθι ποιήσων τόδε· ἐπίῤῥημα δὲ παρακελευσματικὸν, ὥσπερ τὸ ἄγε, μετὰ προστακτικοῦ, οἷον, ἴθι ποίησον τόδε. *

223 * Τοὺς ξυγγεώργους.] Ξυγγέωργος βαρυτόνως· σύνθετον γὰρ, ὡς πάγκαλος, πάνσοφος. τὰ γὰρ εἰς ος ὀξύτονα, συντιθέμενα βαρύνεται. *

226 * 'Ημῖν μετάσχῃ.] Ὥσπερ μεταλαμβάνω τούτου καὶ

v. 222 Δραμών] Accentus in quibusdam Edd. quemadmodum in C. D'O. vitiatus δραμῶν. A. lectioni consentit *Ph. Junt.* A. 1515. et B. *Cratandri*. Prima Fl. recepit μολὼν, quam secuti sunt *Ben. Junta* et *Gelenius*: Farreana μολῶν· cui scripturae quum nulla membrana subveniat, nihil erat causae, cur ab Ed. principe discederem.

v. 224 'Εν τοῖσιν] 'Εν τοῖς C. D'O. Fl. et Ben. J. 1540. Alterum modulatius.

v. 227 Τοῦτο] Τουτὶ Edd. Ph. J. B. *Crat.* et Ben. J. Statim in C. D'O. Τὸν et εἰσενεγκέτω, quod manus recentior in εἰσενεγκάτω mutavit: ibidem ἀλλ' exciderat sequente versu.

---

discordes interpretationes ex diversis Enarratoribus in unum sint conflatae. Exemplo, quod ponitur, convenit illud *Philostrati* H. p. 664. v. 15. πονήρως οὖν τὰ ἐμὰ εἶχεν.

39 Μεταβατικῶς] In sui libri margine *Kusterus*, ἀμεταβάτως.

Τῶν ἔνδοθέν τις εἰσενεγκάτω λαβών.

Χρ. Ἐμοὶ μελήσει τοῦτό γ᾽· ἀλλ᾽ ἀνύσας τρέχε.

Σὺ δ᾽, ὦ κράτιστε Πλοῦτε πάντων δαιμόνων, 230

Εἴσω μετ᾽ ἐμοῦ δεῦρ᾽ εἴσιθ᾽· ἡ γὰρ οἰκία

Αὕτη ᾽στὶν, ἣν δεῖ χρημάτων σε τήμερον

Μεστὴν ποιῆσαι, καὶ δικαίως κἀδίκως.

Πλ. Ἀλλ᾽ ἄχθομαι μὲν εἰσιὼν, νὴ τοὺς θεοὺς,

τοῦτο φαμὲν, οὕτω καὶ τὸ μετέχω διπλῶς συντάσσεται· καὶ ὅτε μέν ἐστι γενικὴ, τὸ μετὰ ἔχει τὴν δύναμιν· ὅτε δὲ αἰτιατικὴ, τὸ ἔχω, ἢ τὸ λαμβάνω. *

227 Τοῦτο τὸ κρεάδιον.] Ὃ ἔρχεται ἀπὸ τῆς θυσίας ἔχων τῶν Δελφῶν. οἱ γὰρ ἐκ θυσίας ἰόντες, ἔφερον ἐξ αὐτῆς τῆς θυσίας τοῖς οἰκείοις κατὰ νόμον τινά. Ἄλλως. Ὅπερ ἧκον ἄγοντες λειφθὲν ἀπὸ τῆς θυσίας. 41 ἔνιοι δὲ, τὸ λεβήτιον.

229 Ἐμοὶ μελήσει.] Τοῦ εἰσενέγκαι, φησὶ, τὸ κρεάδιον. τὸ δὲ ἀνύσας ἀντὶ τοῦ ἄνυσον.

230 * Σὺ δ᾽, ὦ κράτιστε.] Τὸ κράτιστε ἤτοι ἐγκωμιάζων φησὶν, ἢ ὅτι προεδίδαξεν, ὡς καὶ θεῶν ὁ Ζεὺς δι᾽ αὐτὸν βασιλεύει. Ἄλλως. 42 παρεπιγραφὴ, ὅτι εἰς τὴν οἰκίαν ἔφθασαν. τοὺς δὲ λόγους πάντας ἐκείνους ἐρχόμενοι ἐν τῇ ὁδῷ ἔλεγον. *

233 Καὶ δικαίως κἀδίκως.] Τὸ ἀδίκως ἁπλῶς ἐῤῥίπται· εἶον

v. 232 Αὕτη ᾽στὶν] Ita cum C. D'O. et Bodl. veteres Edd. cunctae: male *Portus* in G. Αὕτη ἐστιν, quem sequi non debuerat *Kusterus*. *Suidas* etiam recte in Δικαίως κἀδίκως.

---

40 Τὸ ἔθι ῥῆμα etc.] Totidem fere verbis in *Moschopuli* Ἐκλ. Ἀ. Ὀ. leguntur.

v. 921 Νὴ Δία etc.] Labat versus; cui *Kusterus* ut subveniret, ἄρα clam lectore suo contra pristinas Edd. instruxit accentu circumflexo. Non probo factum: quamvis enim metrum juvet, eam tamen particulae mutationem inducit, quae locum hic nullum habeat. Certius remedium praebet C. D'O. ex quo reposui, Νὴ τὸν Δία etc. Neque omittendae sunt, quas suppeditat, interpretationes: Νὴ] μά. Πονηρὸν] κακότροπον. Προςάτην] φροντιςήν. Ἔχει] ἡ πόλις δηλαδή. Mox scripsit C. D'O. librarius, Ζῆν ἀργῶς· sed eadem manus correxerat ἀργός.

v. 923 Προβατίου βίον] Προβάτου ζωήν, ἀγροίκου. Διατριβὴ] ἐπιτηδειότης. C. D'O. Διατριβὴν intellexit, ut videtur, idoneam agendi facultatem, usu rerum civilium et exercitio quotidiano firmatam: neque enim memini ἐπιτηδειότητα, ne ex more quidem Graeciae serioris, vocari, quae veteribus erat ἐπιτήδευσις vel ἐπιτήδευμα. Recte vero προβάτιον accepit tanquam ὑποκοριςικόν, sive diminutivum vocis πρόβατον· quod negare in Rèfut. utriusque El. Cercopetav. p. 86. *Salmasio* pro ea, qua pollebat, Graecae linguae peritia nunquam venisset in mentem, nisi adversus *Petavium* ipsi standum fuisset; qui summi Viri, magnisque meritis insignes ubi sese invicem infesti adoriuntur, saepius ab inprovido animi concitati motu, iraque mutua, quam ex rerum veritate consilium capiunt. Pugnatum fuit iis solum exemplis, quae *Stephani* Thesaurus subministrabat: litem decidere potest Plutus *Aristophanis* v. 293. 299. Προβάτιος παράγωγον, quod *Salmasius* ingerere nobis conabatur, metuo ne Graeci sermonis usus plane respuat.

84 Ὁ βουλόμενος] Ad hoc vocabulum explicandum quid faciant adjecta, non facile quis dixerit. Ex C. D'O. scriptas ad hunc versum interpretationes enotabo: Ὁ βουλόμενος] ὁ θέλων. Οὐκοῦν] λοιπόν. Ἐκεῖνός εἰμι] ὁ κατήγορος ὑπάρχω. Ergo descriptoris, qui ampliores veterum adnotationes excerpebat, culpa contigit, ut voci βουλόμενος adjungerentur, quae ad ἐκεῖνος pertinebant: confer *Schol.* ad v. 930.

85 Τῆς διανομῆς τῶν πρ.]

Εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τῷ βίῳ.

Δι. Οὐδ᾽ ἂν μεταμάθοις; Συ. οὐδ᾽ ἂν εἰ δοίης γέ μοι 925

924 Διατριβή τις τῷ βίῳ.] 86 Ἐπιτήδευμα, ἀσχόλημα, δίαιτα, διαγωγὴ, πρόφασις, ἀφ᾽ ἧς μέλλομεν περὶ τὰ πράγματα διατρίβειν.

925 Οὐδ᾽ ἂν μεταμάθοις.] Ἀντὶ τοῦ 87 ἀναπαύσαιο. κυρίως δὲ μεταμαθεῖν ἔλεγον, τὸ μετὰ ταῦτα ἕτερόν τι μαθεῖν ἀφιεμένου τοῦ πρώτου.

926 Καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.] Βάττος Κυρήνην ἔκτισεν, ἐλθὼν ἀπὸ Θήρας, τῆς κατὰ Κρήτην νήσου· ὃν τιμήσαντες Λίβυες,

v. 925 Οὐδ᾽ ἂν] Οὐδαμῶς. Δοίης] δώσης. Σίλφιον] τὸ λεγόμενον βαλσαμέλαιον. Eandem posterioris vocabuli in Gloss. MSS. explicationem reperi, certe parum adcommodatam: praeterquam enim quod in Comico ipse laserpitii Cyrenaïci frutex sit intelligendus, multum distant laser, sive silphii succus, et ὀποβάλσαμον, aut, quod a recentioribus potissimum usurpatur, βαλσαμέλαιον.

Sub proverbii forma *Suidas* proponit: Προβατίου βίον ζῆν· ἐπὶ τῶν μωρῶν καὶ ἀνοήτων· τὰ γὰρ πρόβατα οὐδὲν ἐργάζεται καὶ ζῇ· ἢ διὰ τὸ ἀδρανές. Ordinem inversum non improbo; quippe ratio melius adparet, cur πρόβατον sive προβάτιον stulti insipientisque significationem habeat: alioqui solertes etiam homines et callidi non raro sunt ingenio ad agendum tardo, atque ἀδρανεῖς. Omissum a *Suida* τῆς διανομῆς τῶν πραγμάτων, quod tamen minime rejiciendum videtur: *rerum gestionem* atque *administrationem* intelligo: *Plutarch.* in Cleom. p. 820. E. πρὸς ἀσφάλειαν καὶ διανομὴν τῶν πραγμάτων· quanquam Interpres, qui reddidit, *ad regni securitatem et perpetuitatem*, legisse videatur, vel certe legendum credidisse διαμονήν. *Erasmi* Chiliadas adi in *Ovium mores.*

86 Ἐπιτήδευμα] *Suid.* in Διατριβή· σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ τὸ ἀσχόλημα, δίαιταν etc. adjecto hoc *Aristophanis* versu.

87 Ἀναπαύσαιο] *Suidas* Μεταμαθεῖν exponit μεταγνῶναι, παύσασθαι, additque porro *Scholiastae* verba, nisi quod apud eum pro ἀφιεμένου scribatur ἀφέμενον.

88 Ὡς Ἀριστοτέλης] Non aliter *Suid.* in Σίλφιον· idque

Τὸν Πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.

Δι. Κατάθου ταχέως θοιμάτιον. Καρ. οὗτος, σοὶ λέγει.

ἐχαρίσαντο αὐτῷ τὸ κάλλιστον τῶν λαχάνων τὸ σίλφιον, καὶ ἐν νομίσματι αὐτὸν ἐχάραξαν, τῇ μὲν βασιλείαν, τῇ δὲ σίλφιον παρὰ τῆς πόλεως δεχόμενον, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυρηναίων πολιτείᾳ· ἔνθεν καὶ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν διαφόρους καὶ ἐξόχους τιμὰς δεχομένων. Ἄλλως. σίλφιον βοτάνη πολυτίμητος· ἡ δὲ αἰτία τοιαύτη ἐστί. Βάττος, 88 ὡς Ἀριστοτέλης, ἐν Λιβύῃ Κυρήνην λεγομένην ἔκτισε κατὰ τὸν δοθέντα αὐτῷ παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι χρησμόν· καὶ οἱ πολῖται οἱ Κυρηναῖοι ἀνταπόδοσιν τῆς εὐερ-

v. 927 Κατάθου] Ἀπόρριπτε. Θοιμάτιον] ὁ φορεῖς. Ὑπόλυσαι] τὰ ὑποδήματα. C. D'O. in quo supra προσελθέτω quod scriptum est ἔμπροσθεν, quid efficiat, non video; nisi πρὸς ἐμὲ voluerit exponere ἔμπροσθεν ἐμοῦ. Μεθ' ἡμέραν] κατὰ τὴν ἡμέραν. Ἀξιοῖς] ἄξιον κρίνεις. Μαρτύρομαι] εἰς μαρτυρίαν τίθημι. *Scipio Gentil.* Parerg. I, 25. ubi monet *de Graecis et illud esse tractum*, testari, *pro rem testibus confirmare, testes advocare, quod antiqui amtestari dicebant*, hunc Comici versum proponit. Οἴχεται φεύγων] εἶδε γὰρ αὐτὸν ἀποδυόμενον, καὶ ἐφοβήθη.

---

eo minorem habere dubitationem videtur, quia jam in praecedenti Scholio Aristotelis ἐν τῇ Κυρηναίων πολιτείᾳ facta fuerat mentio. Verum ubi considerabam haud parum distare, quae in utroque scholio tradantur, ita ut vix ab eodem auctore peti potuerint, in mentem veniebat emendandum forte, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, quemadmodum legitur in *Pindari Schol.* ad Π. Δ, 15. ἀφ' οὗ ἑπτακαιδέκατος ὢν ὁ Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης, ἀποικίαν εἰς Λιβύην ἐστείλατο· quam quidem lectionem in ambiguo ponere desii, postquam compertum mihi fuit totidem eam literis exhibere *Mich. Apostolium* in Βάττου σίλφιον, qui locus integer Scholiastae nostro debetur: Aristotelis autem primum fuisse Batto nomen, antequam Pythia novum indidisset, satis constat. Priorem de Batto oblatoque ipsi silphio adnotationem nec *Suidas* neque *Apostolius* habent; alteram uterque, sed brevius contractam. Proverbii meminit Appendix Vatic. C. III. n.

Δι. Ἐπειθ᾽ ὑπόλυσαι. Καρ. πάντα ταῦτα σοὶ λέγει.

γεσίας βουλόμενοι χαρίσασθαι τῷ βασιλεῖ, ἐποίησαν εἰκόνα, ὡς

77. Σιλφίου λειμών: εἶδος τῆς Λιβύης σίλφιον· καὶ παροιμία, Βάττου σίλφιον. *Sophoclis* illum esse σιλφίου λειμῶνα docemur ab *Hesychio:* verum *Schottus* in App. Vat. quum adjecit, et invito quidem *Hesychio, ut necessarium ad sensum*, εἶδος βοτάνης, meo judicio labitur: εἶδος utrobique interpretor *speciem odoratam*, cujus generis erat silphium: sic enim proprie τὰ εἴδη recentioribus sunt usitata, licet veteres latius extendant, omnemque mercium speciem sub eo vocabulo complectantur: vide *Theophanis* locum adductum p. 191. *Epiphan.* Panar. p. 618. C. τὰ ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἐρχόμενα εἴδη. L. 16. §. 7. D. de Public. et Vectig. inter *species pertinentes ad vectigal* praeter alia cum multis aromatibus numeratur *laser:* eum in modum, ut puto, *Hesychius* intelligendus: Κύκλευον, εἶδος πόματος ἐξ εἰδῶν συγκείμενον. Gravius etiam aberrat idem *Schottus* ad C. I. n. 27. ubi, quamvis ducem prae oculis haberet *Hesychium,* neutri tamen commodam satis opem tulit: experiamur, an paulo melius hic, cujus in verbis non haeret sane nulla difficultas, emaculari, ille a nobis suppleri queat: Βατταρίζειν, ἀπὸ Βάττου τοῦ ἰσχνοφώνου. (Hic plura credibile est Vaticani codicis librarium omisisse.) Βάττου σίλφιον· ἐπὶ τῶν τὰς ὑπερβαλλούσας τιμὰς εὑρισκόντων· μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ τοὺς Κυρηναίους (in ἀπὸ τοῦ τείχους, vel ἔθνους, Κυρηναίου quem sensum, quamve orationis structuram animó conceperit *Schottus,* non facile quis expediat) ἑνὶ τῶν Βαττιαδῶν (Βάττων *Suid.* et *Apostol.* quod ut ferri possit, nam multi in serie regum Cyrenensium Batti, alterum tamen cum *Kustero* praepono) μεταδοῦναι ἐξαίρετον τὸ σίλφιον, ὃ ἐκτέτμηται παρ᾽ αὐτοῖς, ὥστε καὶ ἐν τῷ νομίσματι ὅπου μὲν Ἄμμωνα, ὅπου δὲ σίλφιον ἐγκεχαράχθαι. Posteriorum loco ista tantum apud *Suidam* et *Apostolium* inveniuntur: ἐξαίρετον ἔδοσαν, vel ἔδωκαν, τὸ σίλφιον, καὶ τοῦ νομίσματος ἐπὶ μὲν θατέρου Ἄμμωνα, ἐπὶ δὲ θατέρου σίλφιον ἐτύπωσαν. Haec certe ab Enarratoribus nostris longiuscule dissident, ac proverbii originem non veteri Batto, primo Cyrenarum conditori, sed ex posteris ejus recentiori cuidam adsignant. In *Hesychii* verbis pro ἐκτέτμηται *Salmas.* ad *Solin.* p. 253. F. dedit

Καὶ μὴν προσελθέτω πρὸς ἔμ' ὑμῶν ἐνθάδι

νες, δακτύλιον, ἐν ᾧ ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ

ηται, eumque secutus
Spanhem. de Pr. et U.
ι. Diss. vi. p. 294. cui
erea ἑνὶ mutare placuit
τὶ τῶν Βαττιαδῶν· quod
rius ut sine dubio re-
ıdum est ob violatam
onem Graecam, sic prio-
rice nihil erat causae,
non propius scriberetur
ίμηται, velut in *Clemen-*
'rotrept. p. 33. v. 28.
ιοι τὰ ἄλογα τῶν ζώων
ιμηκότες. At vereor, ne
sum ceciderit adhibita
rae voci medicina: et-
intelligere mihi bene
or, si paroemiam esse
ım dicat ab eo, quod
nenses Battiadarum uni
verint eximium sele-
que laserpicium, quod
n regione fuerat effos-
, vel excisum: nam
νεσθαι quin ita ponatur,
ı in dubium vocabit:
et tantae magnitudinis
eaque formae prae-
ia silphium illud, ut
ım rege donum vide-
. Jam porro, quo se-
tia cum his apte con-
rentur, intercidisse opi-
:, quod vitii genus in
chio frequens, οὕτω δὲ
ηται παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ
ὶ νομίσματι etc. haec,
his saltem proxima si
eris, omnia concinne
rant. Forsitan aliquis
, quam in partem ali-
quando me inclinasse non
diffiteor, σίλφιον intelligere
regionem ipsam laserpicife-
ram, cujus reditus a Cyre-
nensibus honoris causa Bat-
tiadarum uni fuerit adtri-
butus: quod si sequaris, sa-
tis commodum erit, ᾧ ἐκτε-
τίμηται, nec quicquam ex-
trinsecus adscitum oratio de-
siderabit: utralibet interpre-
tatio apte respondet formu-
lae loquendi, δοῦναι, vel με-
ταδοῦναι ἐξαίρετον. Ceterum
Erasmus in *Batti silphium*
illud quid sibi velit, nesci-
re se fatetur, quod, quum
Scholiastes aiat in altera no-
mismatis parte insculptam
βασιλείαν, *id est, regnum,
seu regiam, si transferas
tonum,* (pro *regia reginam*
scribere debuisset) ejus vi-
ce *Zenodotus* legerit Ammo-
nem: *Ammonem, inquit, ut
arbitror, sentiens Jovem re-
gnorum largitorem, si qui-
dem Homero credimus.* Ego
nihil hic molesti invenio,
dummodo duplex nummo-
rum genus diversisque figu-
ris inpressum statuas, unum,
quod Battum repraesentarit
regnum quacumque imagine
simulatum altera manu, al-
tera silphium accipientem;
aliud, quod Ammonem, ejus-
ve caput cornutum, et la-
serpicii caulem. Hujus ge-
neris nonnulli gazas antiquae
monetae adhuc ornant; illius

τὸ σίλφιον. καὶ τὸ φύλλον δὲ αὐτοῦ, καὶ ὁ καρπὸς, καὶ ὁ κλάδος, καὶ ὁ ὀπὸς, καὶ ἁπλῶς τὸ πᾶν αὐτοῦ, πολλῆς τιμῆς ἄξιόν

olim extitisse quid vetat, quo minus Aristotelis, testis utique non spernendi, fide credamus? Quis dubitet, in tanta vetustatis ruina quin ingens nomismatum nobis ignotorum numerus fuerit oppressus, ubi quotidie fere nova eruuntur, atque in lucem prodeunt, de quibus ante nemo ne suspicari quidem poterat. Etsi *Kustero* subscribam παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος reponenti, quia tamen vulgatum quodammodo defendi potest, mutare nolui: aliud opus erat in καυλὸς, quam vocem pro κλάδος tum res ipsa postulabat, tum summorum duumvirûm *Salmasii Pearsonique* consensus. Illa, ἡ πόλις αὐτῶν προσφέρει τῷ βασιλεῖ, a quibus nec *Suidas* discrepat, temere non moveam: interim adridet, αὐτῷ προσφέρει ὡς βασιλεῖ. In margine D'O. C. pars quaedam hujus Scholii haeret, sed valde depravata et mutila, quam tamen ob ipsa, quae continet, vitia exempli ergo proponam: ὁ βάτος οὗτος ἔκτησεν τὴν κηρύνην, ἔνθα τὸ σίλφιον γίνεται· οὗ ὁ ὑπὸ πολλοῦ ἄξιος ἐςι· τιμῶντες οὖν αὐτὸν ὡς ἀρχὴ· quorum proclivis est emendatio, nisi forte quem moretur ὁ ὑπὸ pro ὁ ὀπός· in fine sequi debuerat, ὡς ἀρχηγὸν τῆς ἀποικίας, aut simile quidpiam.

89 Ἀμπελιῶται] Ab Ἀμπέλῳ, Cyrenaïcae promuntorio et urbe, *Stephanus* Ἀμπελίτην finxit. *L. Holstenius* apud *Suid.* v. Σίλφιον Ἀμπελιῶται legi monens addidit: *quod fortasse hinc reformandum scribendumque* Ἀμπελῖται. Eandem fuisse *Salmasii* opinionem patet ex Plin. Exerc. p. 265. B. Verum *Berkelio* lubens accedo, qui in Ἀμπελίτης ut formam Aegyptiacam agnoscit, sic Ἀμπελιώτης minime repudiandum esse censet: hoc nimirum ab Ἀμπέλιος, illud ab Ἄμπελος existit. *Berkelius* autem Scholiastae nostri verba proponens *Suidam* tamen solum nominat, apud quem in Σίλφιον legitur, καὶ οἱ Ἀμπελιῶται, ἔθνη Λιβύης· in Βάττου σίλφιον, οἱ δὲ ἐπὶ Λιβύης Ἀμπελιῶται. Corruptum in Ἄμπελος *Hesychii* locum varie Viri Docti tentarunt: mihi videtur hunc in modum expoliendus: Ἄμπελος, ἡ μηχανή· καὶ ἄκρα Μυκάλης, ἤγουν ὄρος. Κυρηναίας δὲ αἰγιαλός· καὶ πόλις Θρᾴκης· καὶ ἡ ἄμπελος. Quanquam enim sedes Ampeliotarum, quos perraro veteres adtingunt, certis limitibus definire non sustineam, videtur tamen eorum regio illa in parte Cyrenaïcae fuisse sita, quam *Diodorus* ait πολλὴν ἄμπελον, ἔτι δ' ἐλαίαν ἔχειν, et orae maritimae tractum aliquem occupasse.

90 Ἀλεξανδρίδης] Histori-

ἐστιν. καὶ οἱ 89 Ἀμπελιῶται δὲ ἔθνος Λιβύης, εἰς Δελφοὺς ἀνέθεσαν καυλὸν σιλφίου, ὥς φησιν 90 Ἀλεξανδρίδης:

cum Alexandridem, Delphis oriundum, rerum patriarum scriptorem, et Anaxandridem Comicum olim ad Poll. IX, 59. distinxi, et suum utrique nomen vindicare sum conatus. Hic sententiae nostrae *Kusterus* primum adsentitur; statim causam deserens non multum se pugnaturum esse profitetur, si quis praeferendam potius censuerit opinionem *Meursii:* is scilicet in Bibl. Graec. Alexandride proturbato, solum Anaxandridae nomen, tanquam utrisque commune, pro genuino habuit. Ego nihil adhuc argumenti novi prolatum reperio, quod pristinam opinionem meam vel minimum labefactet: imo contra non pauca sunt ad manum, quibus ea firmissime, quantum in antiquis rebus consequi licet, stabiliri possit. Ille ipse perpetuus fere librariorum error in nominibus hisce permutandis binos nobis diversosque scriptores indicat. De Anaxandride Comico res facillime potest ad liquidum deduci: nam in *Polluce* quidem, ubi Alexandridem vulgati libri nobis inculcabant, exactissimi, quibus usi sumus, vetustae notae Codd. Anaxandridem tuentur: e contrario IV, 43. C. A. non magni pretii Ἀλεξανδρίδης ostentat, quem castigatius exemplar secuti bene Ἀναξανδρίδην ediderunt. Apud *Aristotelem* Ἠθ. Εὐδ. VI. p. 178. v. 25. ὥσπερ Ἀναξανδρίδης ἔσκωψεν· Rhetor. III. p. 138 v. 8. τὸ Ἀναξανδρίδου τὸ ἐπαινούμενον· p. 140. v. 21. ἔν τε τῇ Ἀναξανδρίδου Γεροντομανίᾳ, nulla scribendi varietas adparet: adversus quem consensum frustra quis obduxerit ex ejusdem libri p. 135. v. 1. τὸ Ἀλεξάνδρου ἰαμβεῖον, quod nonnullis Edd. inhaesit pro Ἀναξανδρίδου. Jam in *Athenaeo* quam saepe verum Comici nomen occurrit prae corrupto? imo p. 261. F. falsum Alexandridem expellunt Eclogae manu scriptae, ut *Casaubonus* adnotavit Animadv. VI, 18. qui vir magnus si *Pollucis* Codicum exploratam habuisset lectionem, nihil omnino dubitasset, quin tollendus foret e numero Comicorum Alexandrides. In primis autem dignus est, qui adtendatur, *Athenaei* locus IX. p. 373. F. 374. A. ubi postquam Anaxandridae versus binos ex Tereo citaverat, quae *Chamaeleon Heracleota* de eo prodiderit, in medium adfert: Ἀναξανδρίδην et ipse scribit, et a *Chamaeleonte* scriptum promit: quis in animum inducat, errorem hic committi potuisse? Sic et *Diogen. L.* III, 26. Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ, qui fabulae titulus est suspectus, refingendusque mihi videtur in Θησαυρῷ, vel Τηρεῖ; ne-

Ὁ βουλόμενος. Καρ. οὐκοῦν ἐκεῖνος εἴμ' ἐγώ. 930

930 Οὐκοῦν ἐκεῖνος εἴμ' ἐγώ.] Ἐκεῖνός εἰμι ἐγὼ, φησὶν, ὁ μέλλων σοι προσελθεῖν. τοῦτο ὁ θεράπων ἀποσκώπτων λέγει. ἅμα δὲ καὶ μιμεῖται τὰ παρ' αὐτοῦ ἄνω εἰρημένα. 91 ἐν ὅσῳ δὲ λέγουσιν, ἀπέδυσεν.

que dum Theseus alicunde fuerit investigatus. Sed maxime opportunum est, omnemque dubitationem eximit *Suidae* testimonium, qui nulla re melius de nobis fuit meritus, quam conservandis, quas apud veteres Grammaticos memoriae mandatas invenerat, Scriptorum antiquorum vitis. Ille juxta literarum seriem Ἀναξανδρίδην posuit, Comicique patriam fabularumque numerum designavit; nec secum dissidet in Καμειραΐα ἰσχάς· quod si consideres, manifesto patet cum priscorum Lexicographorum in eam scribendi formam consensus, tum adspersa *Suidae* labes in Ἀβίλτερος et Ἀρεοπαγίτης, ubi Anaxandridae locum sine dubio per injuriam Alexandrides occupavit. Fateor equidem in Alexandride historico paullo inpeditiorem esse probationem ob scripturam veterum ambiguam: ut enim nomen hoc ita dederit *Scholiastes* noster et *Plutarch.* in Lysandr. p. 343. B. tamen in Quaest. Gr. ejusdem *Plutarchi* p. 292. F. et *Schol.* Euripid. ad Alcest. v. 1. prostat Ἀναξανδρίδης ὁ Δελφός· numerum auget Proverb. App. Vat. C. I, 5. ἡ ἱστορία παρ' Ἀναξανδρίδῃ ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων· quod opus non aliud existimo, quam ipsam Delphorum historiam, cujus forte primo volumine de donariis furto subductis potissimum egerat: *Schottum* certe cum Anaximandro suo Milesio, quem reponi volebat, nihil moramur. Sublata foret omnis difficultas, si ut Anaxandridae Comici *Suidas*, sic item Alexandridae, servato literarum ordine, meminisset: verumtamen eo ipso in loco dum de Anaxandride historico penitus tacet, non leve nobis pro Alexandride documentum suppeditat. Pone veteri, quem descripsit, Grammatico non Comici tantum, sed et historici, qui eodem nomine diceretur, fuisse notitiam: de altero scilicet ne verbulo quidem monuisset; saltem ut lectori consuleret, eumque duos homines diversos discernere doceret, qua in parte, erroris, qui ex homonymia facile oritur, amovendi causa, cura Grammaticorum alias excellit, ut ex ipso *Suida* compertum habemus: haud sane probabile videtur. Praeterea nostram opinionem eximie suffulcit *Stephan.* in Παρνασσὸς, non deesse referens, quibus mon-

Συ. Οἴμοι τάλας, ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν.
Καρ. Σὺ γὰρ ἀξιοῖς τἀλλότρια πράττων ἐσθίειν.

931 Μεθ' ἡμέραν.] Ἀντὶ τοῦ ἐν ἡμέρᾳ. 92 Ἀττικὸν τὸ σχῆμα· μεθ' ἡμέραν γάρ φασιν, οὐκ ἐν ἡμέρᾳ.

ti nomen inditum placeat ex Parnasso quodam, qui primus Pythone fuerit vaticinatus, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου. Eundem esse, qui ab aliis Alexandrides vocatur, nemo dubitet, qui libri titulum adtenderit; sive illa librarii sit culpa Alexandrum scribentis, ubi debuerat Ἀλεξανδρίδης, quomodo supra pro Anaxandride vidimus Alexandrum exhiberi; quamque eandem maculam insedisse *Zenobio* C. VI, n. 11. fere persuasum mihi est; sive communis consuetudo primitivorum patronymicorumque nominum commiscendi, de quo genere nonnulla notavimus ad *Lucian.* Tim. p. 157. Sic Lacedaemoniorum Ephorus Κλέανδρος et Κλεανδρίδης apud *Schol. Aristoph.* ad Nub. v. 857. Archontes Athenis Φρασικλῆς et Φρασικλείδης, uti legendum in *Diodoro Sic.* IX. p. 281. D. Εὔβουλος apud *Lys.* p. 154. v. 27. et Εὐβουλίδης· quare nihil erat cur *Jo. Meursius* Lysimachum mutaret in Lysimachidem A. L. IV, 31. Bias Τευτάμου *Diogeni L.* Τευταμίδου *Stobaeo*: Protagorae pater Μαίανδρος, Μαιάνδριος, et Μαιανδρίδης· Theocriti Σίμιχος et Σιμιχίδης, de quo *Schol.* ad Eid. VII, 21. Quem Thespium vocat Thespiae conditorem *Pausan.* IX. p. 761. is Θεσπιάδης dicitur a *Stephano,* et apud *Suidam* in Ἐξανυστάς. Corrigendus talem in modum *Hesychius:* Φιλομηλειάδης· (vel potius Φιλομηλείδης· pertinet enim haec observatio ad *Homer.* Od. Δ, 343. Ρ, 134.) οἱ μὲν κύριον ὄνομα· πολλάκις γὰρ πατρωνυμικῷ τύπῳ κύριον δηλοῦται, ὡς Εὐριπίδης, Ἡρακλείδης· ut utrumque exempli vice ponatur: nisi malis, ὡς Εὐριπίδῃ Ἡρακλείδης, sicut ab Euripide Hercules appellatur Ἡρακλείδης. Pari ergo jure in tanta ejusmodi nominum variatione Alexander dici potuerit, atque Alexandrides. His rebus expensis, vix mihi dubium est, quin eruditus lector de Alexandride historico secundum me sit pronunciaturus.

91 Ἐν ὅσῳ] *Interea vero, dum haec dicunt, vestes ipsi detraxit Carion:* haec Scholiastae mens, ne quem incautum fallat.

92 Ἀττικὸν τὸ σχ.] Hinc

Συ. Ὁρᾷς ἃ ποιεῖς; ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.
Καρ. Ἀλλ' οἴχεται φεύγων, ὃν ἦγες μάρτυρα.
Συ. Οἴμοι! περιείλημμαι μόνος. Καρ. νυνὶ βοᾷς; 935
Συ. Οἴμοι μάλ' αὖθις. Καρ. δός σύ μοι τὸ τριβώνιον,
Ἵν' ἀμφιέσω τὸν συκοφάντην τουτονί.
Δι. Μὴ δῆθ', ἱερὸν γάρ ἐστι τοῦ Πλούτου πάλαι.

938 Ἱερὸν γάρ ἐστιν.] Ἱερὸν λέγουσι 93 πᾶν ἀνατιθέμενον τοῖς θεοῖς.

v. 933 Ὁρᾷς ἃ ποιεῖς;] Omnino legendum ποιεῖ. *Viden' tu, quem testem huc adduxi, quid faciat servulus nequam?* Haec ad eum conversus, quem adhuc adstare sibi credebat, testem dicit: nunc aptum Carionis responsum: alioquin scribi debuerat, Ὅρα γ' ἃ ποιεῖς· *vide, quid agas: cave, ne me vocante in jus tibi sit ambulandum.* Sed illud, quod proposui, verum est, et, ut jam primum video, ab interprete *Frischlino* animadversum.

v. 935 Περιείλημμαι] Quanquam vitiosius in C. D'O. scribatur περιείλλειμαι, quasi voluisset περιείλειμμαι, addita tamen interpretatio, κεκράτημαι, lectioni vulgatae favet, *Hesych.* Περιείληπτα, περιεγέγραπτο, ἢ ἐκεκράτητο, ἐκ τοῦ περιλαμβάνεσθαι. Haud inepte sane legi posset, περιείλειμμαι μόνος, *destitutus sum solus*, quemadmodum Elias III Reg. XIX, 10. καὶ ὑπολέλειμμαι ἐγὼ μονώτατος, nisi ab Attica forma difficultas obstaret, quae ut est in εἴληφα, εἴλημμαι tritissima, sic in εἰ-λειμμαι, quantum memini, pro λέλειμμαι nusquam occurrit: quin ipsum περιλέλειμμαι si cui blandiatur, non repugnabit metri modulus. Sed nihil est necesse, ut vetus et proba lectio sollicitetur: eum dicunt περιειλῆφθαι, qui obsessus tenetur, ut elabi nequeat: parum dissidet ἀπειλῆφθαι. *Etymol.* p. 121. Ἀπειλημμένοι, συνειλημμένοι, συγκεκλεισμένοι, κεκρατημένοι. *Strabo* narrat VI. p. 403. C. Milonem ἀποληφθέντα (editur ἀπολειφθέντα) ἐν τῇ τοιαύτῃ πάγῃ θηρόβρωτον γενέσθαι· in eadem historia *Theocriti* vetus Enarrator, ἐκρατήθη ἐκεῖ· *Sext. Epir.* Ἀντιῤῥ. V. §. 91. ἐν συμπτώμασιν αἰκιῶν ἀποληφθέντας. Similius etiam *Aristophanis* est loquendi formulae, quod ex *Philemone* conservavit Scholion ad Jusjur. *Hippocr.* ὡς καὶ Φιλήμων ἐν Κόλακι φησίν· Ἀλλ' οὐδὲ γεννητὴν δύναμ' εὑρεῖν οὐδένα Ἐκ τῶν τοσούτων· ἆρα γ' ἀπείλημμαι μόνος. Iambos paululum modo adjutos in ordinem redigere non fuit operosum: praeterea Φιλήμων scripsi pro eo, quod publicaverant, Φιλήβων· unde

Καρ. Ἔπειτα ποῦ κάλλιον ἀνατεθήσεται,
Ἢ περὶ πονηρὸν ἄνδρα καὶ τοιχωρύχον; 940
Πλοῦτον δὲ κοσμεῖν ἱματίοις σεμνοῖς πρέπει.
Δι. Τοῖς δ' ἐμβαδίοις τί χρήσεταί τις, εἰπέ μοι.
Καρ. Καὶ ταῦτα πρὸς τὸ μέτωπον αὐτίκα δὴ μάλα
Ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτῳΐ.

944 Ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω.] Ὅτι 94 ἐπὶ τῶν κοτίνων καὶ ἄλλων δένδρων πανταχοῦ ἐν τοῖς ἱεροῖς προσπατταλεύουσι

nobis *Philebum*, nomen antiquae scenae prorsus ignotum, confinxit *Meibomius*. Ceterum *Philemonis* Κόλαξ, quo titulo *Menandri* fabulam novi, alibi nondum a me repertus: de Κόλακος auctore, Philemon fuerit, an Menander, olim fuisse dubitatum, non temere adfirmavero.

v. 936 Δὸς σύ] Ὦ παιδάριον. Μὴ δῆθ'] μηδαμῶς. Καλλίον] κρεῖττον. C. D'O.

v. 940 Τοιχωρύχον] Κλέπτην. Κοσμεῖν] καλλωπίζειν. Σεμνοῖς] λαμπροῖς. C. D'O. *Hesychio* Τοιχωρύχος, λῃστὴς, κλέπτης. *Suidas*, si modo manum ejus servaverint Edd. discrimen facere videtur duarum vocum: Τοιχωρύχης, κλέπτης· τοιχωρύχος, λῃστής· τοιχωρύκτης δέ· priora Mediol. princeps nulla distinctione sejungit: idcirco verius puto: Τοιχωρύχης, κλέπτης, τοιχωρύχος, λῃστής· τοιχορύκτης δέ· quod eo est additum, ut moneat usum, qui τοιχωρύχης per ω scribi jusserit, in τοιχορύκτης ο postulasse. Et haec quidem extremae vocis scriptura fide nititur vetusti Codicis, quem *H. Stephanus* usurpauit Th. L. G. T. III. p. 1582. B. in ceteris tamen, quae aliter, ac vulgo feruntur, expressit, Edd. eum posthabendum duco.

v. 942 Ἐμβαδίοις] Ὑποδήμασι. C. D'O. vide ad v. 848. Ἐμβάδια dici τὰ ἁπλῶς, sive potius, ἁπλῶς τὰ ὑποδήματα, notat hunc versum proferens *Thomas Mag*. in Ἐμβάδες.

v. 944. Κοτίνῳ] Ἀγριελαίᾳ. Προσπατταλεύσω] προσηλώσω, κρεμάσω. C. D'O.

---

petiit *Suid*. in Μεθ' ἡμέραν. Usurpat *Scholiastae* locum *Bergler*. ad *Alciphr*. II. p. 253.

93 Πᾶν ἀνατ.] *Suid*. in Ἱερὸν rectius interponit τό.

94 Ἐπὶ τῶν κοτίνων] *Fuisse circa templa arbores sacras, quibus anathemata suspenderentur*, prolatis *Scholiastae* verbis ostendit *Des. Herald*. in Apolog. *Tertull*. p. 58. Ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω unde ductum sit, triplex adfertur explicatio: scholia duo priora, quamvis diversam rationem contineant, adeoque

Συ. Ἄπειμι· γινώσκω γὰρ ἥττων ὢν πολὺ 945
Ὑμῶν· ἐὰν δὲ σύζυγον λάβω τινὰ,
Καὶ σύκινον, τοῦτον τὸν ἰσχυρὸν θεὸν
Ἐγὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην.

τὰ ἀναθήματα. Ἄλλως. Εἰώθασι τοῖς δένδροις κῶλα καὶ κρανία προσπατταλεύειν πρὸς ἀποτροπὴν βασκανίας οἱ γεωργοί, πρὸς τὸ μὴ ξηρανθῆναι αὐτά. Ἄλλως. Ἔθος ἦν τοὺς θηρῶντάς τινα ἄγραν, μέρος τὶ τοῦ θηρωμένου, κεφαλὴν, ἢ πόδα προσηλοῦν πασσάλῳ ἐπί τινος δένδρου εἰς αὐτὴν τὴν ὕλην, πρὸς τιμὴν τῆς Ἀρτέμιδος.

947 Καὶ σύκινον.] Ἴσον τῷ ἀσθενέστατον· τὸ γὰρ ξύλον τῆς

v. 945 Ἄπειμι] Ἤγουν ἀπέρχομαι. Γινώσκω] ἤγουν ἐπίσταμαι χείρων ὑπάρχων κατὰ πολύ. Σύζυγον] βοηθὸν, ἤγουν σύνδρομον. C. D'O. qui praeterea πρὸς supra τινὰ scripserat, ut indicaret, opinor, λάβω idem hic esse, atque προσλάβω.

v. 947 Σύκινον] Ἀσθενῆ. Τὸν ἰσχυρὸν] τὸν δυνατόν. Τήμερον] σήμερον. Δίκην] τιμωρίαν. Eas explicationes inter versus inseruit Scholiastes C. D'O. verum ut figuratae potestatis in σύκινος originem clarius aperiret, ad marginem haec adscripsit: Ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῆς συκῆς, διότι ἔνι (nisi quid aliud forte lateat, sufficit ad sensum ἐστὶν) ἡ συκῆ ἀνίσχυρος, καὶ θραύεται εὐκόλως· et sequente pagina, quod huc est referendum: χαῦνον φυτὸν ἡ συκῆ· διὰ τοῦτο ἐστὶ παροιμία, συκίνη ἐπικουρία, ἀντὶ τοῦ ἀσθενὴς καὶ ἀνωφελής· quorum partim in *Scholiis* invenire licet, partim apud *Etymolog.* in Σύκινοι ἄνδρες, in quo totidem verbis eadem, quae *Theocriti* vetus Enarrator habet ad Eid. X, 45. leguntur, et *Mich. Apostol.* C. XVII. n. 79. nam *Suidas*, qui multo brevioribus, quam nunc publicantur, ad postrema Pluti scholiis est usus, horum nihil excerpsit. Σύκινον autem si simpliciter capias, quo prior interpretatio vergit, pro ἀσθενῆ, vel ἀσθενέστατον, potius scribendum alicui videatur Κἂν σύκινον· *quod si socium aliquem nactus fuero vel ficulneum ac plane debilem, perficiam profecto, ut viribus iste potens Deus hodie poenas luat.* Verum quoniam fieri vix potest, quin duplicem in σύκινον virtutem concipi voluerit *Aristophanes*, primam, quae τῷ συκοφάντῃ respondeat, secundariam al-

Ὅτι καταλύει περιφανῶς εἷς ὢν μόνος
Τὴν δημοκρατίαν, οὔτε τὴν Βουλὴν πιθὼν 950
Τὴν τῶν πολιτῶν, οὔτε τὴν ἐκκλησίαν.

ἀσθενὴς καὶ χαῦνον· ὅθεν καὶ συνίνη ἐπικουρία, ἀντὶ τοῦ
ἧς καὶ ἀνωφελής. Ἢ σύκινον τὸν συκοφάντην κεκαλυμμέ-
ἔγει, ἀπὸ τῆς συκῆς σχηματίσας τὸ ὄνομα.

50 Οὔτε τὴν βουλὴν πιθών.] Ἀντὶ τοῦ πείσας. ὅσα δὲ τῇ
95 δόξει, ταῦτα ἐπὶ τὸν δῆμον ἀναφέρεται· καὶ ἐκ τοῦ
ου τὰ ὑπὸ τοῦ δήμου ψηφιζόμενα ὑπὸ τῆς βουλῆς κυροῦται.

a, quae τῷ ἰσχυρῷ per
n opponatur, libentius
eo Καὶ σύκινον· *at si*
rtem aliquem invenero,
que sycophantae moribus
limum, efficiam profe-
hodie etc. τήμερον enim
ue verbo, nullo sen-
ae detrimento, aeque
node adjungi potest,
n autem errorem *Eras-*
Chil. in V. *Ficulnus,*
Comici versum profe-
Latineque vertens com-
rit, eum facile quivis,
sertim monitus, depre-
at. Edd. universae: —
σχυρὸν τοῦτον θεόν· ordi-
, auctore *Bentleio*, mu-
um existimavi: quum
am syllabam producat
en ἰσχυρὸς, quarta iambi
s illud aversatur.
949 Ὅτι] Διότι. Περι-
ς] ἤγουν φανερῶς. Πιθὼν]
πείσας. Τὴν ἐκκλησίαν]
δικαστάς. C. D'O. in quo
ime praecedenis pagina
a observationem habet
os versus referendam:
ἦν ἐν δημοκρατίᾳ ὅταν ψη-

φίσματα ἐγίνετο, δεικνύειν ταῦ-
τα τὴν βουλήν· εἶτα τοὺς κρι-
τάς· quae dicere non adti-
net, cujus sint pretii: vid.
ad v. 171. saltem, ut ora-
tio Graeca foret, scribi de-
buerat: δεικνύειν τοῦτο, vel
ταῦτα, τῇ βουλῇ, εἶτα τοῖς κρι-
ταῖς. Sed ab usu nimirum
linguae vulgaris haec con-
structionis striblіgo est tra-
cta.

---

bene separentur, in unum
conflavit *Suid.* in Προσπατ-
ταλεύσω· εἰώθασι γὰρ κοτίνῳ
καὶ ἄλλοις δένδρεσι προσπάττα-
λεύειν ἀναθήματα, καὶ κωλᾶς,
καὶ κρανία πρὸς ἀποτροπὴν βα-
σκανίας οἱ γεωργοί, καὶ πρὸς τὸ
μὴ ξηρανθῆναι τὰ αὐτῶν γεωρ-
γήματα. Tertium de more
venatorum, qui capturae pri-
mitiis Deos venerabantur, La-
tine versum invenies apud *Ez.*
Spanhem, ad *Callimach.* p.
205.

95 Δόξει] Scribendum est
δοκεῖ, vel ἔδοξε.

Δι. Καὶ μὴν ἐπειδὴ τὴν πανοπλίαν τὴν ἐμὴν
Ἔχων βαδίζεις, εἰς τὸ βαλανεῖον τρέχε·

952 Ἐπειδὴ τὴν πανοπλίαν.] Ἀντὶ τοῦ, ἐπειδὴ ἐγένου 96 κατ᾽ ἐμὲ, ὅτε ἤμην πένης, λόγους δὲ συκοφάντου μιμεῖναι.

v. 952 Τὴν πανοπλίαν] Τὸ ἱμάτιον παίζων. C. D'O. *ludendo vestitum ejus vocat* πανοπλίαν. In marginem est conjecta hujusmodi interpretatio: Πανοπλία κυρίως ἡ τῶν ὅπλων πάντων διασκευή· ἐνταῦθα δὲ καταχρηστικῶς. Deinde: Ἔχων] φορῶν. Βαλανεῖον] λοετρῶν. Scribendum fuerat λοετρὸν, λουτρὸν, vel λοετρῶν, λουτρῶν· prius adhibuit ipse ad v. 616. statuitur autem a Grammaticis, ut monstrant *Etymol.* in V. p. 568. et *Eustath.* ad Il. O. p. 1037. v. 39. Od. Z. p. 1560. v. 31. potestatis accentu moderante discrimen inter λουτρὸν, quod est *lavacrum balnei*, sive *lavatio*, quomodo frigidam in palaestris lavationem Graecos λουτρὸν vocitare scribit *Vitruv.* V, 11. et λοῦτρον proprie significans *aquam balneaticam*, aut etiam sordidam a lavationibus; unde λουτροχόος idem, *Hesychio* teste, qui περιχύτης, et serioris Graeciae λουτράρης, quod vocabulum ex Glossis ad *Comici* Plutum MSS. prolatum a *Du Cangio* pertinet ad v. 956. Alterum λουτρὼν itidem a veteribus usurpatur, cujus rationem exponit *Eustath.* ad Od. Δ. p. 1481. v. 63. διαλελυμένως λέγεται καὶ τὰ λουτρὰ λοετρὰ, καὶ ὁ τόπος αὐτῶν οὐ μόνον βαλανεῖον, ἀλλὰ καὶ λουτρὼν, οὗ γενικὴ λουτρῶνος, τύπῳ περιεκτικῷ. *Ptolemaeus Euerg.* apud *Athen.* X. p. 438. F. ἐλοῦτό τε εἰς τοὺς κοινοὺς λουτρῶνας· *lavatum ibat in publica balnea.* *Plutarch.* Alex. p. 685. E. et ex regiis ephemeridibus p. 708. D. Κορυφαῖος] πρῶτος ὀρθῶς· quae perverse crediderim enotata; πρῶτος enim ad κορυφαῖος spectat; tum sequenti participio ἑστηκὼς adponendum videtur ὀρθός. Θερμοῦ] ἤγουν, θερμαίνου. Τὴν στάσιν] τὸ εἶναι κορυφαῖος τὸ βαλανεῖον. Cohaerent, quae interpunctione sunt separanda; nam satis clarum est, binas adferri diversasque τῆς στάσεως explicationes; quarum una vocem eam pro gradu sumit praesulis ac veluti moderatoris chori, sive cohortis balneaticae; altera pro balneo ipso, in quam stationem fere perpetuam Virum justum paupertas compulerat, quippe cui frigidus esset domi focus ante Plutum repertum, minimeque luculentus.

Ἔπειτ' ἐκεῖ, κορυφαῖος ἑστηκώς, θέρου.
Κἀγὼ γὰρ εἶχον τὴν στάσιν ταύτην ποτέ. 955

954 Κορυφαῖος.] Ἔπειτα περιέστασο περὶ τὸ πῦρ, ὥσπερ 97 χορὸς ἐν τοῖς βαλανείοις. οὐκ ἐξῆν δὲ ξένον χορεύειν ἐν τῷ ἀστικῷ

96 Κατ' ἐμέ] *Quoniam mihi similis evasisti, meoque more indutus incedis, quando eram pauper.* Nota virtus et elegans praepositionis κατά. *Isocrat.* p. 252. C. θρασύτερον ἢ κατ' ἐμαυτόν, *audacius quam soleam, ingenioque meo ac personae conveniat. Athen.* IX. p. 393. F. ex *Boeo:* γυνὴ διάσημος κατὰ θεὸν τιμωμένη πρὸς τῶν πολιτῶν, *non secus ac numen a civibus culta. Eumath.* de Ismen. Amor. p. 25. κατὰ τὴν χιόνα λευκός· quod alias efferri solet, λευκὸς ὥσπερ χιών. Sic *Hesych.* Θυμολέοντα exponit, ἀνδρεῖον κατὰ τοὺς λέοντας. Haec monere non ab re putavi, quia fuisse meminerim, quem fugeret verborum *Scholiastae* sensus. Ceterum quo spectet, λόγους δὲ συκοφάντου μιμεῖται, mihi non satis est apertum: an voluit, ideo justum hominem in re levi grandioribus uti verbis, πανοπλία, κορυφαῖος, στάσιν ἔχειν, quod idem Sycophanta fecisset, et δημοκρατίαν, τὴν βουλὴν τὴν τῶν πολιτῶν, atque ἐκκλησίαν magnifice jactasset? fuisse veterum aliquem Grammaticorum, qui κορυφαῖον hic acceperit *principem senatus,* Scholia mox demonstrant: in superioribus quidem nihil a sycophanta prolatum, quod nunc per jocum justus imitari videatur. Quum idem ad v. 930. Scholiastes notabat, res coram oculis erat exposita.

97 Χορός] Magnas in salebras incidimus et Scholion valde intricatum: singula paucis perstringemus. Primum χορὸς quo valeat, expediri nequit. Illud quidem satis perspicuum videtur, tale aliquid requiri, quod potestatem vocis κορυφαῖος exponat: *Aristophanem* quippe voluit indicare sic esse capiendum, quasi scripsisset, Ἔπειτ' ἐκεῖ ὥσπερ κορυφαῖος ἑστηκὼς θέρου. Quum autem chori praesul et moderator, sive is fuerit ipse διδάσκαλος, qui chorum instituebat, sive ὁ αὐλητής, qui tibia modos praecinebat, appelletur κορυφαῖος, vel, quomodo plenius *Demosth.* in Mid. p. 612. E. ὁ ἡγεμὼν τῆς φυλῆς κορυφαῖος, cujus tantum erat momentum, ut τὸν ἡγεμόνα ἂν ἀφέλῃ τις, οἴχεται ὁ λοιπὸς χορός, concludere non absurde licet, ejusmodi verbo orationem indigere, quod

Καρ. Ἀλλ' ὁ βαλανεὺς ἕλξει θύραζ' αὐτὸν, λαβὼν

χορῷ· παρὰ τοῦτο πέπαιχεν· ἐν δὲ τῷ Ληναίῳ ἐξῆν· ἐπεὶ καὶ μέτοικοι ἐχορήγουν. κορυφαῖος δὲ ὁ ἐν βουλῇ πρῶτος. τὸ δὲ θέρου, ἀντὶ τοῦ θερμάνθητι. ὥσπερ ἀνδριὰς ἐπὶ κεφαλήν.

v. 956 Θύραζ'] Ἐκτὸς τῆς θύρας. Τῶν ὀρχιπαίδων] τῶν αἰδοίων. Τοῦ πονηροῦ κόμματος] ἤγουν τῆς μερίδος τῆς πονηρᾶς· χαράγματος. C. D'O. Μερίδα vocat, quam σύστημα *Scholiastes* ad v. 863: *eum esse partis deterioris.* Ἐκεῖνον qui mutet, nullum inveni nec scriptum, nec formis inpressum codicem: idque tale est, ut locum haud absurde tueri possit, sed cui tamen praeferendum putem ἐκεῖνος.

---

huic voci declarandae sit adcommodatum. Ne longe quaeramus, suppeditabit Poll. IV, 106: ἡγεμὼν χοροῦ, κορυφαῖος χοροῦ, χορολέκτης, χοροποιός· hoc ultimum si *Scholiastae* reddatur pro χορὸς, recte factum putabo. *Xenoph.* Agesil. p. 384. v. 25. ὅπου ἐτάχθη ὑπὸ τοῦ χοροποιοῦ, τὸν παιᾶνα τῷ θεῷ συνεπετέλει. *Plutarch.* Apophth. Lacon. p. 208. D. ὁ χοροποιὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τόπον. Si quis forte literis paucioribus interjectis χορηγὸς praeferendum ducat, eum meminisse volo, aliam apud Atticos hujus esse vocabuli rationem, apud Dores aliam: his enim χοραγὸς, praeterquam quod *puerorum magistrum* notet, idem saepe, qui χοροστάτης sive χοροποιός, velut in *Plutarch.* T. II. p. 219. E. Δαμωνίδης ταχθεὶς ἔσχατος τοῦ χοροῦ ὑπὸ τοῦ τὸν χορὸν ἱστῶντος, Εὖγε, εἶπεν, ὦ χοραγέ etc. illis, qui, lectus a Senatu, annis quadraginta major, ornando suae tribus choro sumtus subministrat. Περιέσασθαι vero περὶ τὸ πῦρ derivatum ex communi loquendi forma, quam castigatior Atticorum consuetudo adspernatur, tanquam alienum repudians, si quis de uno homine verbum illud adhibeat. Ea de re monuit *J. G. Graevius* ad *Lucian.* Soloec. p. 743. *Hesychius* ita, me judice, capiendus, quum Λαγγευόμενος interpretatur, περιϊστάμενος, στρατευόμενος, sive, quod forte melius aliquis existimaverit, στραγγευόμενος· *qui avidis ad intuendum oculis adstat defixus et commoratur:* quamvis enim haud inepte fatear intelligi posse, *vitans, fugiens,* propterea quod verba finitima λαγγάζειν et λαγγεύειν itidem reddantur per φεύγειν, περιφεύγειν, illud tamen mi-

Τῶν ὀρχιπέδων· ἰδὼν γὰρ αὐτὸν, γνώσεται

956 Ἀλλ' ὁ βαλανεύς.] Λέγουσιν, ὅτι οἱ πολλοὶ ἐλαττοῦσι χεῖρα τῶν λουτρῶν, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸν ἕλκοντες.

nagis adridet. Idem: Πε-
ισο, κύκλευσον, σκόπησον,
φευγε, ἀνάτρεπε, περιστί-
ι, περιέλθε· quem locum
modo proposui, quo scri-
lum esse arbitror. Hic
ησον quid agat, explica-
difficile est, nisi in πε-
σω, qualem dixi, signi-
ndi vim ponas: non me
t, dubitari posse, an
ortunius emendandum sit
ασον, quia Suidas habet,
ἴστασο, ἀντιλαβοῦ, περισκέ-
ν· verum eo necesse non
tur, ut confugiamus,
ndo recepta lectio adpo-
n explicationem capit.
qui rectissime dicuntur
es περιΐστασθαι τινὰ, vel,
τινα, aut unus etiam,
uquam rarius, περιΐστασθαι
ὄχλον, multitudinem ho-
um circa se colligere: πε-
ταις, turbae concursus
ientis ad aliquem andien-
spectandumve, quales
iorantur in Theophrasti
r. Eth. c. VIII. p. 42. οἱ
τοῖς βαλανείοις περιστάσεις
μενοι. Hinc περίστατοι, co-
cincti; quod de circu-
ibus, quibus praestigias
centibus vulgus circum-
i adstupescit, non mi-
usurpatur, quam de vi-
uma rerum gestarum cla-
quos populus frequens
tatur, cupidisque oculis
admirabundus haurit; qua
quidem ratione parum discre-
pat cum περίοπτοι et περίβλε-
πτοι. E contrario ἀπερίστατοι,
deserti, destituti, quos ma-
gna tenet amicorum adjuto-
rumque solitudo: Hesych.
Ἐρήμους, ἀπεριστάτους· mentio-
nem invenies apud Arrian.
Epict. III. c. 26. p. 371. ἀν-
δρὸς ἀπεριστάτου, μήτε γυναῖκα
ἔχοντος, μήτε τέκνα, μήτε πα-
τρίδα, ἢ φίλους, ἢ συγγενεῖς·
ita viduae saepius ἀπερίστα-
τοι scriptoribus Ecclesiasti-
cis: Euseb. de Martyr. Pa-
laest. c. XI. p. 432. ὀρφανῶν
ἐρήμων, καὶ χηρῶν ἀπεριστά-
των . . . ἐπίσκοπος ὥσπερ καὶ
ἐπίκουρος· quas etsi bene red-
diderit Valesius, viduas o-
mni ope ac patrocinio desti-
tutas, causam tamen pote-
statis adsecutus non videtur.
Insulsus auctor homiliae de
Exil. Adami T. VI. Operum
Chrysostomi p. 551. D. πτω-
χὴ ὑπάρχω, χήρα ἀπερίστατος·
domo carentem non nimis
adcurate vertit Montefalco-
nius, cui tantum res litera-
ria, quantum haud scio an
ulli alii, debet. Sed de his,
quae late sunt fusa, commo-
dior erit disputandi locus:
nunc in orbem nostrum red-
eamus. Quae deinceps in
scholio sequuntur, externos
urbano choro inseri non li-

Ὅτ' ἐξ ἐκείνου τοῦ πονηροῦ κόμματος.

958 Τοῦ πονηροῦ κόμματος.] Ὡς ἐπὶ νομίσματος εἶπεν, ἀπὸ

cuisse, contra licuisse Lenaeo, ut non omnino negaverim, solius certe Scholiastae fide vix induci possum, ut rei minime probabili subscribam. *Petitus* quidem Comm. in LL. AA. p. 269. praeter hoc scholium *Ulpiani* locum protulit ad *Demosth.* Or. in Leptin. p. 572. D. ubi minus adtento simile quiddam ex Alexandro rhetore docere videatur: verum si quis rem penitius inspexerit, nihil huc pertinere facile deprehendet: Lex sane fuit Athenis, μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν χορηγόν· cui quam proterve Demades, insolentissimus opum male partarum ostentator, insultaverit, refert *Plutarch.* Phoc. p. 755. C. quam latam esse constat ante *Aristophanis* aetatem ex *Andocide* in Alcib. p. 31. v. 36. Caput ejusdem legis a *Demosthene* commemoratur in Mid. p. 612. B. potissimum autem adversus eos peregrinos valuisse credo, qui furtim ac per fraudem in jus civitatis irrepserant, atque adeo poterant actione ξενίας pulsari: nihil equidem inter Athenienses citius contigisse reor, quam ut ex eo numero saepe nonnulli choris interessent: horum amovendorum cura sub gravi mulcta τοῖς χορηγοῖς fuit commissa. De praecentore vero, quemadmodum *Apuleius* τὸν κορυφαῖον Latine dedit, dubitandum non est, quia peregrinus adsumi potuerit; artifex enim quaerebatur, reique musicae peritus: idque praeter alia multo plura manifesto patet ex eo *Simonidis* carmine, quod *Callimachi* Epigrammatibus inmixtum est n. L. Sed qui tradiderit, tum alios fuisse choris, qui Deorum honori ducebantur, adscriptos, quam juvenes ingenuos, ἠϊθέους, ἀμφιθαλεῖς, veris civibus prognatos, tum μετοίκους vili in pompis, ac paene ignominioso σκαφηφόρων ministerio fungentes χορηγίας, quae ad rem sacram pertinebant, administrasse, necdum a me quisquam unus, quantum recordor, extra *Scholiasten* fuit inventus: quare neque illud sane παρὰ τοῦτο πέπαυχεν, quorsum spectet, satis percipio, nisi quis interiisse plura suspicetur, quibus ostenderit, idcirco balneatorem hunc sycophantam, tanquam peregrinum et τοῦ πονηροῦ κόμματος, foras exturbaturum esse, quia de balneo, quo hominem nequam facessere se jusserat, non secus ac de choro locutus fuerat vir justus: sunt enim κορυφαῖος et νίκη propria choris vocabula. Subditur Enar-

Νῷ δ' εἰσίωμεν, ἵνα προσεύξῃ τὸν θεόν.

μεταφορᾶς τῶν νομισμάτων 98 τῶν φαύλως διακεκομμένων.

v. 959 Νῷ] Ἡμεῖς. Εἰσίωμεν] εἰσέλθωμεν. C. D'O. Si admittenda sit in hanc scenam Chremyli persona, ut admittendam esse arbitramur, longe illi congruentius, quam Carioni, versus hic ultimus dabitur: aequum enim est, ut ipse dominus aedium alium foris venientem invitet, ne plus, quam par sit et decorum, servulus sibi sumere videatur. Chremylum autem in hac scena, sicuti monuimus ad v. 855. suas peregisse partes, anus, quae interea, dum domum erant intraturi, supervenit, satis demonstrat: ad quos enim alios blandum illud adloquium, ὦ φίλοι γέροντες, referri possit, nisi ad utrosque senes, Chremylum et Justum virum, quibus cum Sycophanta, quem male mulcatum abegerant, rixa fuerat? Imo Chremylus ipse, nisi suas in hac scena vices sustinuisset, qui poterat ad vetulam v. 971. - - - ἦπου καὶ σὺ συκοφάντρια Ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα; quasi diceret: *num tu quoque pariter atque ille, quem modo hinc rejecimus, inter viros sycophanta fuit, in mulieribus itidem sycophantriam gessisti?* Neque obstat v. 966. - - - ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα· quod ita non est accipiendum, tanquam hoc ipso demum temporis articulo domo se prodire significaret: eo tantum tendit Chremyli sermo, ut nihil esse causae dicat, cur servulorum aliquem, qui eam intromittat, foras evocet; se quippe familiae dominum huc processisse, atque adeo jamdudum adstare. Αὐτὸς scilicet dominum designat: qua de re nota est magni *Casauboni* perdocta observatio ad *Theophrasti* Char. Eth. c. II. vim elegantem vulgo minus perspexerunt in *Theocrit.* Eid. XXIV, 50. Ἄνστατε δμῶες ταλασίφρονες· αὐτὸς ἀϋτεῖ. Usus inprimis *Aristophani* familiaris: egregie convenit huc illud in Ran. v. 523. — αὐτὸς ὡς εἰσέρχομαι. *Pollucem* audiamus III, 74. Ἀριστοφάνης μέντοι κατὰ τὴν πολλὴν συνήθειαν τὸν δεσπότην αὐτὸν κέκληκεν, εἰπὼν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, Ἀνοιγέτω τις δώματ', αὐτὸς ἔρχεται· haec praeclara soli debentur codici, quem vocamus, Falckenburgiano; cujus in proxime sequentibus non minus insigne beneficium, maculis nonnihil obscuratum, nos per hanc occasionem emendando illustrabimus: εἰ δὲ ὁ κατὰ Δωροθέου λόγος Ὑπερίδου, φησὶν, Ὥσπερ τὸ ἀτιμότατον θεραπόντων· illa oratio Philini foret, an Hyperidis, dubita-

Χορου.

ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

Γρ. Ἄρ', ὦ φίλοι γέροντες, ἐπὶ τὴν οἰκίαν 960

960 Ἄρ', ὦ φίλοι γέροντες.] Κορωνὶς ἑτέρα ὁμοία. οἱ δὲ στίχοι ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι 99 πδ. ὧν τελευταῖος,

Στέφανον γέ τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται.

ἐπὶ τῷ τέλει κορωνίς.

Ἄρ' ὦ φίλοι γέροντες.] Γραῦς ἐςί τις, ἥτις πρώην ἐμισθώσατο

tum olim fuisse, constat ex *Harpocratione* in Ἐπὶ κόῤῥης. Justi persona, ut eo redeamus, in sequenti scena non amplius adparet: quae enim ibi aguntur, facile sine ejus interventu absolvi poterant. Quamvis igitur *Scholiastes* ad v. 964. nescio quam ob rem scribat, προσπαίζουσι τῇ πρεσβύτιδι οἱ γέροντες, existimo tamen eum scena excessisse, dum Chremylus restat, ab anu garrula primum et amore porcita, deinde ab adolescente, cujus ingenium vino incaluerat, occupatus. Porro *Thom. Magister* in Εὔχομαι notat, προσεύχεσθαι dativo solere jungi, ἅπαξ δὲ καὶ πρὸς αἰτιατικὴν, adjectis *Comici* nostri verbis: idem a veteribus Grammaticis velut rarius et animadversione dignum fuisse observatum, ex *Suida* liquet in Προσεύξῃ.

ratoris a priore diversi interpretatio, qui κορυφαῖον accepit τὸν ἐν Βουλῇ πρῶτον, *principem Senatus*, quem etiam πρωτεύοντα τῆς Βουλῆς vel τοῦ συνεδρίου vocare solent. At postrema Scholii parte, ὥσπερ ἀνδριὰς ἐπὶ κεφαλὴν, quid tandem faciemus? Ne nihil dicam, ex Scholiis brevioribus, atque ad singulos versus interjectis ista manasse auguror, hoc pacto in ordinem redigenda: Κορυφαῖος] ἐπὶ κεφαλήν. Ἑστηκὼς] ὥσπερ ἀνδριάς. sic saltem sensus aliquis extundi poterit, atque animadverti, quid cogitaverit Interpres, licet nihil minus, quam interpretationem ejus probem.

98 Τῶν φαύλως διακεκομμένων] Ultima vox stare nequit: longe enim aliud est διακόπτειν νόμισμα, quam κόπτειν, aut ἐπικόπτειν· haec *cudere*, *signare nummos*,

Ἀφίγμεθ' ὄντως τοῦ νέου τούτου θεοῦ,
Ἢ τῆς ὁδοῦ τοπαράπαν ἡμαρτήκαμεν;
Ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη,
Ὦ μειρακίσκη, πυνθάνει γὰρ ὡρικῶς.

τκον δίκαιον, ἐπὶ τῷ γαμεῖν αὐτήν. οὗτος δὲ πλουτήσας νῦν, ...καιος, εἴασεν αὐτήν· διὸ καὶ καταβοᾷ τοῦ Πλούτου.

...964 Ὦ μειρακίσκη.] Προσπαίζουσι τῇ πρεσβύτιδι οἱ γέρον... καὶ μειρακίσκην μὲν διὰ τὸ τεθρυμμένον τοῦ ὡραϊσμοῦ, ...ς δέ, ἢ εὐκρινῶς, ἢ κατὰ καιρόν.

961 Ἀφίγμεθ'] Ἤλθο-. Τοῦ νέου τούτου θεοῦ] Πλούτου. Τὸ παράπαν] ...υ. Ἡμαρτήκαμεν] ἠστοχή-...ν. C. D'O.

963 Ἀλλ' ἴσθ'] Οὐχ ...τηκας· γίνωσκε. Ἀφιγμέ-...λθοῦσα. Πυνθάνῃ] ἤγουν ...ς. Ὡρικῶς] νεωτερικῶς. ...D'O. in quo non secus ...e in cunctis Edd. huic ...ui praefigitur Χορός. Mo-...gessi magno *Bentleio* ...enti personam Chremy-...vocandam esse: non e-... haec Chorum, sed Chre-...m proloqui. *Suidas* au-... in Ὡρικῶς, quam prae-... C. D'O. interpretatio-... ejus adverbii itidem ad-...

...l monetam adulteratam ...care significat; quod ut ... sic etiam nunc fieri consuevit. *Etymol.* et *Suid.* Διακεκοπτκι, οἷον ἀδόκιμόν ἐστι· διέκοπτον γὰρ τὸ ἀδόκιμον νόμισμα οἱ παλαιοί. Legendum igitur vel τῶν φαύλως κεκομμένων, seu ἐπικεκομμένων, vel τῶν φαύλων καὶ διακεκομμένων.

99 Πλ.] Tot versus uno minus habet haec scena: quapropter pingendus est numerus πγ· nisi quis credere malit, unum dormitantis librarii culpa intercidisse.

1 Καὶ μειρακίσκην μὲν] Omisit *Suidas* in Ὡρικῶς, quae tamen ut adsint, sensus poscit: rationem enim ista, διὰ τὸ τεθρυμμένον τοῦ ὡραϊσμοῦ, continent, cur facetus senex Chremylus prurientem anum, indecoro comendi studio virgines aetate florentes aemulatam, adpellaverit μειρακίσκην.

Γρ. Φέρε νυν ἐγὼ τῶν ἔνδοθι καλέσω τινά. 965
Χρ. Μὴ δῆτ᾽, ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελήλυθα.
Ἀλλ᾽ ὅτι μάλιϛ᾽ ἐλήλυθας, λέγειν ἐχρῆν.
Γρ. Πέπονθα δεινὰ καὶ παράνομ᾽, ὦ φίλτατε·
Ἀφ᾽ οὗ γὰρ ὁ θεὸς οὗτος ἤρξατο βλέπειν,

971 Τί δ᾽ ἐστιν; ἦπου καὶ σὺ συκοφάντρια.] Ἐπειδὴ εἶδε τοὺς πονηροὺς τῶν ἀνδρῶν ἀτυχήσαντας βλέψαντος τοῦ Πλούτου, φησὶν, ἆρα καὶ σὺ ἐν ταῖς γυναιξὶ πονηρὰ εἶ; ὥσπερ δὲ 2 πανδοκεύτρια, οὕτω καὶ συκοφάντρια.

v. 965 Φέρε νῦν] Ἄγε δή. C. D'O. accentus ergo particulae fuerat tollendus: tum enim Grammatici, quando κατ᾽ ἔγκλισιν legitur, exponere solent per δή. Vid. *Schol.* nostrum ad v. 414. *Aeschyli* ad Agam. v. 946. *Apollon. Rh.* ad Argon. I, 664. Atque ita plane Φέρε νυν exhibent *Ald.* Ed. *Ph. Junt.* et B. *Crat.* quemadmodum mox Ἄκουέ νυν v. 976. *Fracinus* inmutavit; quem sine causa secuti sunt recentiores: vid. ad v. 788. Idem scriptus liber pro τῶν ἔνδοθι praefert τὸν ἔνδοθεν] τὸν ἐντός. Prius tolerari nequit: alterum haud aegre feram, si quis vel metri gratia anteponendum putet: supra v. 228. Τῶν ἔνδοθέν τις.

v. 966 Αὐτὸς] Αὐτῆς mendose C. D'O. Ἐξελήλυθα] ἐξῆλθον. Ὅτι] διότι. Ἐχρῆν] ἀντὶ τοῦ χρή.

v. 968 Πέπονθα] Ἔπαθα· quae forma est Graecae linguae vulgaris. Δεινὰ] χαλεπά. Παράνομ᾽] ἄδικα. Ὁ θεὸς οὗτος] ὁ Πλοῦτος. Ἀβίωτον] κακοβίωτον. Τὸν βίον] τὴν ζωήν. C. D'O. A in compositis adjectivis saepe vim habet τοῦ κακοῦ, eumque in modum a Grammaticis explicatur: fidem facit vel solus *Hesych.* in A, Ἀγεννήτων, Ἀμήτωρ, Ἄνυμφον, Ἀπρόσωπος etc. *Apollon. Sophist.* Lex. Il. et Od. apud *Montefalcon.* in Bibl. Coislin. p. 457. τὸ δὲ φαῦλον (δηλοῖ τὸ α), ὅταν φάσκωμεν ἀπρόσωπον καὶ ἀτράχηλον, ἴσον τῷ κακοπρόσωπον, κακοτράχηλον· sic enim ejus verba sunt restituenda.

---

2 Πανδοκεύτρια] Quo vocabulo nimirum usus fuerat *Aristophanes* supra v. 426. Sic et πανόπτης, πανόπτρια· quamvis alioqui vice μαθητρίδος et ὀρχηϛρίδος, μαθήτριαν et ὀρχήϛριαν efferri non placeat fastidiosis Atticismi magistris.

Ἀβίωτον εἶναί μοι πεποίηκε τὸν βίον. 970

Χρ. Τί δ' ἐστιν; ἦπου καὶ σὺ συκοφάντρια

Ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα; Γρ. μὰ Δί', ἐγὼ μὲν οὔ.

Χρ. Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες ἐν τῷ γράμματι;

973 Ἀλλ' οὐ λαχοῦσ' ἔπινες.] Παρ' ὑπόνοιαν, ἀντὶ τοῦ ἐδίκαζες. Ὅτι δὲ κατὰ γράμματα ἐκληροῦντο, 3 προείρηται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐβουλεύοντο οὗτοι τῷ πρὸ τούτου ἔτει ἀρξάμενοι. Φησὶ γὰρ ὁ Φιλόχορος, ἐπὶ Γλαυκίππου, καὶ ἡ Βουλὴ καὶ τὸ γράμμα

v. 971 Ἦπου] Ὄντως ἄρα. Συκοφάντρια] ἤγουν ψεύτριαν· scribi debet ψεύστρια. Οἶσθα] ὑπάρχεις. Ἐγὼ μὲν οὔ] οὐχ ὑπῆρχον. C. D'O.

v. 973 Ἀλλ' οὐ λ.] Metrum refutat C. D'O. lectionem, Ἀλλὰ λαχοῦσ' ἔπινες· inter versus adjectum: ὑβρίζει αὐτήν. De *Scholiastis* unus, is nimirum, cujus est, τάχα οὖν σὺ, φησὶ etc. invenerat, ni fallor, in exemplari suo, Ἀλλ' οὖν λαχοῦσ' etc. quod sane non ita abhorret, quin facile adprobatorem sit habiturum. Additur autem, ἐρωτηματικῶς οὖν· id equidem persuadere mihi non possum ab eodem esse Enarratore profectum: nam si scribatur ἀλλ' οὖν, inepta fuerit haec observatio: vertendum enim, *at certe*. Igitur alterius ista Grammatici nota referri debet ad scripturam vulgarem, et talem in modum legi: ἐρωτηματικῶς οὐ· etiamsi vero haec prioribus adjuncta satis apte receptam lectionem interpretari statuas, nihilo minus sic tamen, ut dixi, refingendum erit.

---

3 Προείρηται] Hoc priore Scholio, quod vetustius minimeque contemnendum finitur in his verbis, ᾧ ἂν λάχωσι, caruit *Suidae* Codex, in paucis ille quidem ab Edd. nostris discedens, sed quae tamen non neglexisse opera sit pretium: Ἀλλ' οὐ . . . γράμματι, Ἀριστοφάνης ἀντὶ τοῦ ἐδίκαζες· (ista recidit, qui descripsisse *Suidam* videtur, *Mich. Apostol.* C. II. n. 85. et tanquam vulgare proverbium exponens addidit, ἐπὶ τῶν μεθυόντων) οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι κατὰ γράμμα ἐκληροῦντο ἀπὸ τῶν ι φυλῶν· (omisso numeri denarii signo adjecit *Apostol.* δέκα δὲ ἦσαν αἱ φυλαί) οἷον ἡ πρώτη τὸ ἄλφα εἶχε σημεῖον, ἡ δευτέρα τὸ β, καὶ ἐφεξῆς μέχρι τοῦ κ. (*Apostol.* τὸ ἄλφα, ἡ δὲ δευ-

Γρ. Σκώπτεις· ἐγὼ δὲ κατακέκνισμαι δειλάκρα.

τότε πρῶτον ἐκαθέζετο· καὶ ἔτι νῦν ὄμνυσιν ἀπ᾽ ἐκείνου καθεδεῖ-

v. 974 Ἐγὼ δὲ κατακέκν. δ.] Ὑπὸ ἔρωτος πάσχω ἡ ἀθλία. Δειλάκρα] ἄκρως ἀθλία. C. D'O. *Suid.* in Δειλάκρα prolatis *Comici* nostri verbis subjicit: σκώπτει καπρῶσαν τὴν γραῦν· δειλάκρα δὲ, ἄκρως ἀθλία. Sponte liquet, huc oculos intendisse *Eustath.* ad Il. Ω. p. 1363. v. 3. Τοῦ δὲ τοιούτου δειλοῦ σύνθεσιν ἔχει καὶ ἡ παρὰ τῷ Κωμικῷ δειλάκρα, ὅ ἐστιν ἄκρως δειλαία, παιχθεῖσα πρός τινα ὁμοιότητα τοῦ, φαλάκρα. Veniam citius, quam laudem meretur adnotatio, de δειλάκρᾳ per jocum ad exemplar τῆς φαλάκρας ficta, nimium subtilis.

τέρα τὸ βῆτα εἶχε σημεῖον μέχρι τοῦ κάππα) δέκα γὰρ φυλῶν οὐσῶν, δέκα ἐγένοντο δικασταί· (*Apostol.* ἐγίνοντο δικαστήρια· quam lectionem ne quis temere spernat, consulendus est Schol. ad v. 277.) ὁ οὖν λαχὼν τὸ ἄλφα πρῶτος (id est, ἐν τῷ πρώτῳ δικαστηρίῳ τῷ Ἄλφα) ἐδίκαζε, καὶ (οἱ recte interponit *Apostolius*) ἄλλοι ὁμοίως. Τάχα οὖν σὺ, φησὶ, λαχοῦσα οὐκ ἐδίκαζες, ἀλλ᾽ ἔπινες. Ex his quum dilucide colligatur, illud antiquioris notae, quod dixi, et hoc enotatum a *Suida* scholion diversi parentis esse foetum, in unum tamen utraque, velut nullo discrimine sejuncta, conflarunt *Joh. Meurs.* de Archont. III, 10. et *S. Petit.* ad LL. AA. p. 196. quo factum est, ut in errorem inciderint, sed plane contrarium, dum hic de Senatoribus cuncta, de Judicibus ille interpretatur. Atqui non potest dubitari, modo quis animum adtenderit, quin solum Senatorum ordinem prius, alterum consessus Judicum tangat. Ceterum quod *Petitus* rescribi jubet κατὰ τὸ γράμμα pro καὶ τὸ γράμμα, et ἐν τῷ γράμματι pro γραμματείῳ, jamdudum ante *Meursius* non aliter in ipsis *Scholiastae* verbis exhibuit: verum neuter animadvertit vice, καὶ ἐβουλεύοντο οὗτοι, legendum esse οὕτως· nimirum κατὰ τὸ γράμμα, vel, si quis hoc forte, me non invito, malit, κατὰ γράμματα· quemadmodum diu ante Judices sorte duci, inque sua quisque tribunalia mitti consueverant. Praeterea *Petitus* ἐπὶ Γλαυκίππου sequentibus adnectendum censuit, suffragante *Kustero:* ego *Meursii* rationem adprobo, qui Latine dedit: *Inquit enim Philochorus sub Glaucippo. Et*

σθαι ἐν τῷ γραμματείῳ, ᾧ ἂν λάχωσι. Τοῦτο δὲ ἀφ᾽ ἑτέρου ἐςὶν ἑρμηνεῦσαι· Ἀθηναῖοι γὰρ ἀπὸ τῶν φυλῶν ἐποίουν τοὺς δικαςὰς κατὰ τὰ γράμματα, οἷον ἡ πρώτη τὸ α ἔσχε σημεῖον, καὶ ἡ δευτέρα τὸ β, καὶ αἱ ἄλλαι ὁμοίως ἕως τοῦ κ. δέκα γὰρ

Senatus etc. solent enim Grammatici non raro, quoniam Philochorus historiam suam Atticam secundum annos Regum atque Archontum digesserat, *ἐπὶ Γλαυκίππου, ἐπὶ Καλλίου* verbi gratia, tanquam temporis indicem ac titulum ponere, sub quo res ejus testimonio confirmata reperiri queat. Verum idem *Meursius* quando isthaec, *τοῦτο δὲ ἀφ᾽ ἑτέρου ἐςὶν ἑρμηνεῦσαι,* sic Latine reddidit, *illud autem ab alio potest explicari,* quid voluerit, prorsus ignoro: sensus est sine dubio: *illius autem, ἔπειτα ἐν τῷ γράμματι, interpretandi rationem aliunde ducere licet:* nihil hoc aliud, quam adsumentum futile Scholiorum collectoris, qui certe opportunius hic solemne illud *ἄλλως* interjecisset, quam ineptam laciniam: nam manifesto prodit se neutiquam adsecutum esse veteris *Scholiastae* mentem, qui recte Comicum intelligi vult ex iis, quae de judicum sortitione supra fuerant ad v. 277. praedicta, sed nunc solum ex Philochoro prioribus addit novam observationem: in qua quod legimus *τῷ πρὸ ταύτου ἔτει,* non est nullius momenti, nec temere praetereundum: debet enim haud aliter accipi, quam si scriptum foret, *τῷ πρὸ τοῦ Πλούτου ἔτει,* quod ipsum fortasse non deerit, qui reponendum potius existimet, vel, *πρὸ τῆς τοῦ Πλούτου καθέσεως·* anno ante, quam Plutus in scenam fuerat datus; sicut in Schol. ad Lysistr. v. 1096. *πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καθέσεως τούτου τοῦ δράματος·* nam depravate, quod *Kusterum* fugit, editur *καταθέσεως.* A nobis non discrepat *S. Petit.* Miscell. I, 11. Jam post Glaucippum Athenis summo magistratu functus est Diocles, quo archonte fabula primi Pluti fuit commissa: hoc perspecto statim consequitur, scholion esse unius Grammatici, qui primum Plutum sub oculis habuit. Illa vero, *Ἐν τῷ γράμματι οὖν εἶπεν, ὡς ἐπὶ τῶν ῥητόρων . . . ἀνῆλθεν,* et inepta sunt, nihilque ad illustrandum *Aristophanem* conferunt, et alieno loco inmissa: ad infimam sedem, si quam merentur, detrudi debuerant, quandoquidem hic inportune divellunt, quae copulata *Suidas* invenerat. Prope finem ista verba, *πρὸς τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον,* sub decora specie vitium occultare mihi videntur; non quin rectissime possint usurpari *τὸ τῶν γυναικῶν,* vel *τὸ γυναικεῖον*

Χρ. Οὔκουν ἐρεῖς ἀνύσασα τὸν κνισμόν τινα; 975
Γρ. Ἄκουέ νυν· ἦν δή μοι τὶ μειράκιον φίλον,
Πενιχρὸν μὲν, ἄλλως δ' εὐπρόσωπον, καὶ καλὸν,

οὐσῶν φυλῶν, δέκα ἐγράφοντο δικασταί· ὁ οὖν λαχὼν τὸ α πρῶτος ἐδίκαζε, καὶ 4 οἱ ἄλλοι ὁμοίως. Ἐν τῷ γράμματι οὖν εἶπεν, ὡς ἐπὶ τῶν ῥητόρων· οἱ γὰρ λαχόντες μόνον ῥητορεύουσι· λέγει οὖν ὅτι, ἆρα ὁ κλῆρός σου οὐκ ἀνῆλθεν. Ἄλλως. ἐκληροῦντο γὰρ πρὸς τὸ γράμμα καὶ οὕτως ἐδίκαζον. τάχα οὖν σὺ, φησὶ,

v. 975 Οὔκουν] Conspirant Edd. quibus alioqui in accentu hujus particulae dissidere solemne est: solus C. D'O. Οὐκοῦν ἐρεῖς] λέγεις· male: *Sophocl.* Antig. v. 250. Οὔκουν ἐρεῖς ποτ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει; Ἀνύσασα] τελειώσασα. Κνισμόν τινα] κατακέκνισαι.

v. 976 Ἄκουέ νυν· ἦν δή μοι etc.] Δὴ particulam haud nimis apte poni, vel inexercitatior aliquis animadvertat. Hunc scrupulum eximit C. D'O. praeferens: Ἄκουε νῦν· γ' ἦν μοι τὶ μ. Scribendum igitur: Ἄκουέ νυν γ'· ἦν μοί τι μ. quo pacto simul cavetur, ne sententiae novae principium ἦν cum praecedentibus in unum pedem coalescat: ortum videtur illud δὴ ex interpretatione τοῦ νυν, unde per errorem in ipsum versum migravit: vid. ad v. 965. *Kusterus* autem quum existimaret, ut ex scriptis ejus adnotationibus intelligo, metro δὴ redundans officere, plane delevit; eo minus probandus, quod sublatae particulae lectorem nullus admoneat: scripsisset saltem Ἄκουε νῦν· nunc, dum retinet Ἄκουέ νυν, in metri legem inprudens offendit: νυν enim encliticum sequente vocali corripitur, ut docuit noster Schol. ad v. 414. et *Euripidis* ad Hec. v. 996. Νῦν] λοιπόν. Φίλον] ἠγαπημένον. C. D'O.

v. 977 Πενιχρὸν] Πτωχόν. Εὐπρόσωπον] ὡραῖον. Χρηστὸν] ἀγαθόν. Του] τίνος. Δεηθείην ἐγὼ] εἰς χρείας ἦλθον χρήζων ἐγώ. Κοσμίως] εὐτάκτως. Καλῶς] ἤγουν πρεπόντως. C. D'O. Scripsi εὐπρόσωπον, quoniam illi vocabulo congruit interpretatio: in ipso tamen Comici versu mendosius exaratum, ἄλλως δὲ καὶ πρόσωπον καὶ καλόν. Suspicaretur aliquis, veteris esse cujusdam lectionis vestigium, ἄλλως κ' εὐπρόσωπον, καὶ καλὸν, nisi in hac structura δὲ paene necessarium foret.

φῦλον, ab ipsis etiam Grammaticis; ut ab *Ulpiano* ad *Demosthen.* περὶ Παραπρ. p. 361. ὄντος δὲ ἀσθενοῦς φύσει τοῦ

Καὶ χρηστόν· εἰ γάρ του δεηθείην ἐγώ,
Ἅπαντ᾽ ἐποίει κοσμίως μοι, καὶ καλῶς.
Ἐγὼ δ᾽ ἐκείνῳ πάντα ταῦθ᾽ ὑπηρέτουν. 980

λαχοῦσα οὐκ ἐδίκαζες, ἔπινες δὲ, παίζων πρὸς τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον· ἐρωτηματικῶς οὖν. ἐπειδὴ δὲ καὶ γέροντές εἰσιν οἱ δικάζοντες, διὸ εἶπε πρὸς τὴν γραῦν, Ἀλλ᾽ οὐ λαχοῦσ᾽ ἔπινες ἐν τῷ γράμματι.

975 Τὸν κνισμὸν τίνα;] Ἀντὶ τοῦ κατακνισμόν. ἐπίτηδες δὲ

v. 980 Πάντα ταῦθ᾽ ὑπηρέτουν] Languet ταῦτα, nihilque videtur ad juvandam orationem conducere: nam credibile vix est, quo tamen solo colore ταῦτα defendi posset, ut in hac dictorum serie turpiculi quiddam indecoro gestu vetula demonstrarit. Aeque rotundus exibit versus, et sententia, ni fallor, haud paulo concinnior, si reponas, Ἐγὼ δ᾽ ἐκείνῳ πάντα γ᾽ ἀνθυπηρέτουν. Proximis ἅπαντ᾽ ἐποίει μοι aptissime respondet ἀνθυπηρετεῖν, *vices* pro benefactis *reddere, rependere. Aristot.* Eth. Nicom. V. p. 86. v. 4. ἀνθυπηρετῆσαι γὰρ δεῖ τῷ χαρισαμένῳ, καὶ πάλιν αὐτὸν ἄρξαι χαριζόμενον. IX. p. 169. v. 15. πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν ἐπίπονον. Idem est ἀνθυπουργῆσαι χάριν, ut in illo *Sophoclis* ex fabula Colchidum versu apud *Suid.* Ἦ φὴς ὑπεμνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν; qui sine dubio Medeae fuit operam Iasoni promittentis, sed sub ea conditione, ut ipse gratiam pro benefactis referret, sibique vicissim novae nuptae maritus vacaret. Ἀντιυποιεῖν infra v. 1030.

γυναικείου φῦλου· sed quod aliud quiddam, quo dictum Comici facetum liquidius explanetur, locus flagitet. Hoc, ni fallor, obtinebimus, si refingi patiaris, παίζων πρὸς τὸ τῶν γυναικῶν φίλοινον· nunc scribendi morem in membranis animo repete, et φίλοινον quam prona via migrare potuerit in φῦλον, statim animadvertes: conjecturae nostrae robur addit, quod notatur ad Lysistr. v. 467. ἔπαιξε διὰ τὸ φίλοινον· nec raro monent veteres, *Aristophani* jocorum fuisse materiem objectam mulieribus, maxime vetulis, ebriositatem: inspice modo ad Plut. v. 737. ad Lysistr. v. 197. Mox ut locum tueatur ἐπειδὴ, recta styli norma poscit διὰ τοῦτο· sin διὸ retinere malis, ἐπειδὴ mutandum fuerit in ἔπειτα.

4 Οἱ ἄλλοι] *Kustero* debetur: nam priores Edd.

Χρ. Τί δ' ἦν, ὅ, τι σου μάλιϛ' ἐδεῖθ' ἑκάϛοτε;

Γρ. Οὐ πολλά· καὶ γὰρ ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο·

'Αλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν,

Εἰς ἱμάτιόν γ', ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα·

καπρῶσαν σκώπτει τὴν γραῦν. Ἄλλως. κνισμός ἐϛι κυρίως ἡ πρὸς τὴν μίξιν βακχεία καὶ πύρωσις. ἐνταῦθα οὖν κατακέκνισμαι, ἀντὶ τοῦ, ὑπ' ἔρωτος πάσχω.

v. 981 Ὅ, τι] Ὅτι omnes Edd. ante *Portum*, quem cum *Kustero* sequor. Ὅτι] διότι. Ἐδεῖθ'] ἔχρηζε. Ἑκάϛοτε] πάντοτε. C. D'O.

v. 982 Οὐ πολλά] Ὑπηρέτουν αὐτῷ. Ἐκνομίως] ὑπερφυῶς, ἐπέκεινα νόμου. Ἤτησ'] ἐζήτησεν ἐμέ. C. D'O. In primo nihil erat, cur ad supplendam orationem proxime praecedentem versum transiliret: ζητεῖν pro *petere* ut rarius antiquis Graecis, sic recentioribus frequentissimum; vid. ad v. 991. inde ζητάρης, et, quod *Du Cangius* adnotavit, ζητιάρης, ἐπαίτης, *mendicus*. Hunc *Comici* versum protulit *Suid.* in Ἐκνομίως. *Etymol.* p. 347. monet ἐξαίσιον, quum magnum significat, dici ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τὸ καθῆκον, ὥσπερ τὸ ἐκνομίως παρὰ τῷ Ἀριϛοφάνει ἀντὶ τοῦ μεγάλως· eundem vide in ista voce p. 323. Ἡ ἐξ πρόθεσις, observante *Eustathio* ad Il. E. p. 532. οὐ μόνον τὴν ἔξω δηλοῖ σχέσιν, ἀλλὰ καὶ ὕψωμα πολλάκις σημαίνει· ὡς καὶ ἐν τῷ ἐξωγκώθη, καὶ ἐν τῷ, ἐκνομίως ᾐσχύνετο.

v. 984 Εἰς ἱμάτιόν γ'] Particulam γε C. D'O. ignorat: utrum rectius, vix discerno. Si cum vulgatis retineas, sententia paulisper est suspendenda in εἴκοσιν, quasi dicat: *Haud sane multa: etenim supra modum me reverebatur: erat tamen, ut argenti drachmas peteret viginti; et has quidem in pallium: tum etiam octo alias in calceos:* in quibus est fatendum ἦθος admirabiliter exprimi. Sin scripti libri rationem sequaris, continuandus est uno tractu uterque versus: *Sed fieri poterat, ut argenti drachmas a me flagitaret viginti in pallium, octo vero alias in calceos:* quae simplicitate quadam narrandi praestant. Non absimile sententiae discrimen oritur ex adjuncta particula

Καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον 985
Ἐκέλευσεν ἄν, τῇ μητρί τε θοἰματίδιον,
Πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδίμνων τεττάρων.

982 Ἐκνομίως.] Ἀντὶ τοῦ, 5 ὑπερφυῶς, ὑπερβαλλόντως, μεγάλως· κυρίως δὲ τὸ ὑπὲρ τὸ νενομισμένον.

v. 986. quem ita scriptum C. D'O. exhibet: Ἐκέλευσε δ' ἂν τῇ μητρὶ θοἰματίδιον· praeterea notam interpunctionis post χιτώνιον, post ὑποδήματα nullam ponit: quo quidem pacto ut hoc versu repeti debet ἀγοράσαι ad ἐκέλευσε δ' ἄν, sic proximo priore pendebit ab ᾔτησε. Quamvis arte videri posset, ac de industria quaesita talis collocatio, ut intercisa per breves articulos oratione luctam anus cupidae, quae parum erant honesta, morbumque animi detegebant, exprimentis praepingeret, magis tamen ad publicatam lectionem propendeo. Addam interjectas his versibus explicationes C. D'O. Εἰς ἱμ.] χάριν. Εἰς ὑπ.] ἤγουν χάριν ἀγορᾶς· quod est, *emendi causa;* recentioribus enim Graecis ἀγορὰ, et corruptius ἀγοράδα pro ὠνῇ usurpatur. Ἐκέλευσε] εἶπεν ἐμέ· primum opinabar interpretationem eam, huc nescio quo casu delatam, ad versum antecedentem pertinere: καὶ εἶπεν ἐμὲ ἀγοράσαι· deinde vidi, satis commode locum, quem tenet, tueri posse. Θοιματίδιον] μικρὸν εἱμάτιον. Πυρῶν] σίτου. Ἐδεήθη] εἰς χρείας ἦλθεν. Μεδίμνων] μοδίων. *Modius* et *medimnus* quid distent, compertum est: nihilominus μέδιμνον Graeci posteriores μόδιον exponunt: *Hesych.* in Μεδιμναῖον, *Moschopul.* περὶ Σχεδ. p. 64. Quos modios in Annibalis historia, equitum praelio Cannensi caesorum multitudinem annulorum mensura aestimantis, Latini vocant, illi Graecis μέδιμνοι sunt, et nonnullis quidem Ἀττικοί. Accuratior *Suid.* in V. Μέδιμνος οὖν μοδίων ς'. *Cicer.* in Comment. Caus. apud *Corn. Frontonem: medimnûm* VIII.

καὶ ἄλλαι ὁμοίως· restitutae lectioni consentit *Apostolius.*

5 Ὑπερφυῶς] Omisso hoc adverbio *Suidas;* ἀντὶ τοῦ μεγάλως, ὑπερβαλλόντως etc. positisque *Comici* verbis addit; λέγεται δὲ καὶ ἐκνόμως.

Χρ. Οὐ πολλὰ τοίνυν, μὰ τὸν Ἀπόλλω, ταῦτά γε
Εἴρηκας· ἀλλὰ δῆλον, ὅτι σ' ᾐσχύνετο.

Γρ. Καὶ ταῦτα τοίνυν οὐχ ἕνεκεν μισητίας 990
Αἰτεῖν μ' ἔφασκεν, ἀλλὰ φιλίας οὕνεκα,
Ἵνα, τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν, μεμνῆτό μου.

990 Οὐχ ἕνεκεν μισητίας.] Πορνείας, 6 οἱονεὶ μισγητίας.

millibus centum, id est, modiûm XLVIII. *millib.* DC. Vid. *Jo. A. Bosium* ad *Corn. Nepot.* Attic. c. II. §. 6.

v. 988 Οὐ πολλὰ] Εἰρωνικὸς ὁ λόγος. Ἠισχύνετο] ἐδεῖτο. C. D'O. scribi debuerat ᾐδεῖτο· *Hesych.* Αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι. Eodem in libro vitiose ἀπόλλον, et junctim δηλονότι.

v. 990 Μισητίας] *Kusterus* μισγητίας reposuerat, tum pravae MSS. lectioni morem incautius gerens, tum speciosa vocis ἀπὸ τοῦ μίσγεσθαι Grammaticorum interpretatione deceptus; cujus eum facti postea jure merito in Notis poenituit. Paulo deterius etiam C. D'O. μισγονίας] μίξεως, συναφείας. In eundem errorem alibi quoque librarios inperitos devocavit vitiosa scribendi forma ex origine falsa manans; velut in Codice *Pollucis* Antw. sed illo omnium, quos usurpavimus, fere pessimo VI, 189. μιγητὸν, μιγητὴν, μιγητείαν· nam minime persuadeor, Graecos a μίσγειν, sive potius, quod derivandi norma flagitabat, μισγεῖν, ducere voluisse μισγητὸν et μισγητείαν, licet legibus analo-

---

6 Οἱονεὶ μισγ. παρὰ τὸ μ.] Haec, quia non comparent apud *Suidam* in Μισητεία, suspicor a mala manu esse invecta: quanquam eandem originem ipse tradat articulo praecedente, et *Etymol.* in Μισητός· μισητὴ δὲ ἡ πόρνη, κατὰ ἀποβολὴν τοῦ γ, μισγητή τις οὖσα, παρὰ τὸ μίσγεσθαι. Deinde brevius etiam *Suidas:* καὶ μισητίαν, τὸ εἰς τὰς συνουσίας ἐπίφορον· οὐχ ἕνεκα δὲ etc. εὐεπίφορον legatur, an ἐπίφορον, parum refert: ex vetusto scriptore protulit in ea v. οὐδὲ πρὸς ἀδικίαν ἢ πλεονεξίαν ἐπίφορος ἦν. Verum, quod praeteriit, illud ἐν τούτοις fidem mihi facit mutilati *Scholiastae:* in proximis utique, quocum conjungi possit, nihil invenias: qua-

Χρ. Λέγεις ἐρῶντ' ἄνθρωπον ἐκνομιώτατα.

Γρ. Ἀλλ' οὐχὶ νυνί γ', ὁ βδελυρὸς τὸν νοῦν ἔχει

Τὸν αὐτὸν, ἀλλὰ πολὺ μεθέστηκεν πάνυ. 995

παρὰ τὸ μίσγεσθαι. καὶ ἐν τούτοις μισητίαν φησὶ τὸ εἰς τὰς συνουσίας εὐεπίφορον. οὐχ ἕνεκα, φησὶ, τοῦ ὑπηρετεῖν μου τῇ ἀσελγείᾳ.

giae non adversari concedam. *Apostolium* vero ne quis mihi opponat, cujus in Proverb. C. xv. n. 69. reperiatur τῇ μισγητίᾳ, et, μισγήτη, γάρ τις ἐστι καὶ μισήτη. *Apostolius* enim is est, cui, nisi auctorem dederit idoneum, haud temere fidem habendam putem. Haec autem fluxerunt, ut ex *Suida* constat in Μισήτη, a Grammaticis, qui, dum suo more etymologiis excudendis indulgent, ea saepe comminiscuntur, quae nunquam extiterunt. In *Comici* versu μισητείας habet *Suidas*, quemadmodum et optimae *Pollucis* membranae VI, 189. apud eundem est ἕνεκα· atque ita C. D'O. quanquam scriba mutare videatur voluisse in ἕνεκεν. Porro: Αἰτεῖν] ζητεῖν. Ἔφασκεν] ἔλεγεν. Μεμνῆτο] ἐνθυμοῖτο.

v. 993 Ἐκνομιώτατον] Ita scriptum praefert C. D'O. quem librarii errorem arguit adjuncta interpretatio: ὑπερφυῶς, ὑπὲρ τὸ νενομισμένον.

v. 994 Ἀλλ' οὐχὶ νυνί] Hic C. D'O. eam suggerit lectionis varietatem, quae si interdictum unde vi adversus vulgatam postulet, jure agere videatur: Ἀλλ' οὐχὶ νῦν ὁ βδελυρὸς (ὁ αἰσχρὸς) ἔτι (εἰς τὸ ἑξῆς) τὸν νοῦν ἔχει Τὸν αὐτόν. —— Mox: μεθέστηκεν] μετεβλήθην· expungenda est litera postrema. Fulciendi metri gratia primus *Kusterus* in μεθέστηκεν ny illud ἐφελκυστικὸν adposuit. Pro ἔχω in Ed. Farr. legas ἔχει.

---

re conjectabam καὶ ἐν Ὄρνισι, vel, ἐν ταῖς Ὄρνισι μισητίαν φησὶ etc. occurrit enim in ea fabula μισητία v. 1619. nisi probabilius sit, quod dicere incepi, praetermissam fuisse ab antiquario segni majorem scholii partem, ubi ex Avibus, aut alia quadam comoedia versum adduxerit Enarrator, in quo pari potestate μισητία fuerat usurpata.

Ἐμοῦ γὰρ αὐτῷ τὸν πλακοῦντα τουτονὶ,
Καὶ τἄλλα τἀπὶ τοῦ πίνακος τραγήματα
Ἐπόντα πεμψάσης, ὑπειπούσης θ', ὅτι
Εἰς ἑσπέραν ἥξοιμι — Χρ. τί σ' ἔδρασ', εἰπέ μοι.
Γρ. Ἄμητά τε προσέπεμψεν ἡμῖν τουτονὶ, 1000

996 Τουτονί.] Εἰκότως εἶπε τουτονί. ἔφερε γὰρ ἐν ταῖς χερσὶν διὰ τὸ πέμψαι μὲν αὐτὴν ἐκείνῳ, μὴ δέξασθαι δὲ αὐτὸν, ἀλλ' ἀποπέμψαι πάλιν αὐτῇ.

1000 Ἄμητά τε προσέπεμψεν.] Εἶδος πλακοῦντος γαλακτώ.

v. 997 Τἀπὶ τοῦ πίνακος] Ἐντὸς τοῦ πίνακος. Ἐνόντα] ὑπάρχοντα. Ὑπειπούσης] κρυφίως μηνυσάσης. Ἔδρασ'] ἐποίησεν. C. D'O. Ἐνόντα scribas, an ἐπόντα, etsi parum referat, illud tamen aliquis forte malit: utraque certe solent inter se facile permutari; eoque magis, quia saepe sensus, quin alterum in alterius locum subjiciatur, minime repugnat. Ὑπειπούσης haud inepte declaratum ab Enarratore D'Orvilliano, aliter explicatur a *Suida*: nam ad hunc locum sine dubio pertinent, Ὑπειπούσης, παρ' Ἀριστοφάνει, ἀντὶ τοῦ ἠρέμα φθεγξαμένης. Diversus abit *Budaeus* C. L. G. p. 192. cui *H. Stephanus* adsentitur App. de D. A. p. 185. *Quum praedixissem*, vel, *praedicente me, quod sub vesperam ventura eram.* Quartam denique vir insignis *Jo. Clericus* interpretationem adtulit Ind. *Aeschin.* in v. Ὑπειπεῖν· *cum addidissem*, aut, *subjecissem me sub vesperam venturam, non praedixissem.* Haec nihil habent alieni: postea nimis paene confidenter pronunciat: *Nec est ea vis praepositionis* ὑπὸ *in compositione, quicquid aliis videatur.* Quid veri in his, quid falsi subsit, diligentius alias disputabitur.

v. 1000 Ἄμητα τε προσέπεμψεν] Τε defendi posse non diffiteor: satis enim apte cohaerent, Ἐμοῦ γὰρ αὐτῷ πεμψάσης . . . . ἄμητά τε προσέπεμψε . . . . καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν, oratione, quam instituerat, continuata: jamdudum tamen suspicatus sum expostulatoriae prurientis anus indignationi melius convenire γε: suspicionem meam planissime confirmat C. D'O. Verum est, receptam lectio-

Ἐφ' ᾧ τ' ἐκεῖσε μηδέποτέ μ' ἐλθεῖν ἔτι.

δους. Οὐ μόνον ὅτι οὐκ ἐδέξατο τὰ δῶρά μου, ἀλλὰ καὶ οἴκοθεν ἔπεμψέ μοι 7 ἄλλο πλακούντιον, ὡς ἂν λέγων, μηκέτι ἐκεῖσε πατῆσαι.

nem apud *Suidam* inveniri in Ἄμητα· sed istud τι nullum adparet in Ed. prima; ut credibile sit, postea demum ex Comico fuisse adjectum; tanto magis, quod eo fulcro versus indigeret: emittit etiam *Etymol.* p. 83. in Ἄμης· at lectionem diversam idem praebet, quae metro simul consulat, Ἄμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τουτονί. Illa nisi talis mihi fuisset visa, quae utrique scripturae memoratae anteponi fortasse mereatur, particulam γε revocassem. Nunc insertas videamus C. D'O. interpretationes. Ἄμητα] τὴν λεγομένην ἰδιωτικῶς φλουσίαν· τὰ κοινῶς ταρχανά. Hic nos, ubi operam ejus maxime desiderabamus, destituit *Du Cangius*. Φλουσίαν scripsi, propterea quod ea figura videretur in mediam vocem inmissa, quae plerumque in fine poni solita ους designat: alius inde forsitan exsculpserit φλατίαν· sed utrocunque modo ductus obscurus expediatur, differre non puto *fladones*, *flatones*, *flantones*, *flavones*, *flausonos*, quos dabit *Car. Du Cangii* Gloss. M. et I. Latin. placentae quoddam ex lacte et ovis confectae genus: in multis Galliae partibus adpellari *flans*, *flaons*; a Languedocensibus *flonsons* et *flausons* notavit *Menag.* in Diction. Etymol. Ling. Franc. Nos Belgae vocem, sed paululum inminutam, retine-

---

7 Ἄλλο πλακούντιον] Paulo plenius *Suidas* in Ἄμητα· ἄ. πλ. πρὸς τούτῳ, ὡσανεὶ λέγων, μηκέτι πατῆσαι ἐκεῖ με. Eadem verba repetens in Προντούλων monstrum vocabuli somniculosus homo nobis procreavit: ἄλλο πλακούντιον προντούλων· ignorare se fatetur *Kusterus*, quid vox barbara sibi velit. Nodus expeditus, procuratumque dextre prodigium a Clariss. *L. Bos* Anim. ad *Suid.* p. 184. qui monstravit ex πρὸς τούτῳ corrupte vel obscure scripto natum esse προντούλων. Evidens exemplum ostendit, quam proclivi lapsu voces etiam notissimae nonnunquam in maculas degenerent, quibus eluendis hominum vel acutissimorum ingenia frustra defatigentur. Animadvertendum praeterea, addi-

Καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι,

mus, *flade, flaë.* De ταρχανὰ quid dicam vix habeo, nisi vocabulum a Turcis ad Graecos recentiores pervenerit: illi enim amyli quandam speciem, *trachana* dictam, ex frumento aqua macerato decoquunt, et pultibus suis admiscent, ut refert *Petr. Bellonius* Obs. I, 59. et II, 7. ad quem locum monuit *Car. Clusius* ejus parandi modum adcuratius exposuisse *Rawwolf.* Itin. lib. I. c. 8. Dubitandum fere non vidotur, quin idem sit, quod ex *Golii* Commentariis *Castellus* in Lex. Pers. descripsit p. 177. تَرْخَانَه *Tarchanach*, vel *Terchanach: Alica, lacte acetoso cocta, et siccata rursum, quae postmodum in cibos denuo paratur, a Turcomannis inprimis, inque hyemis usum servatur.* Permulta complectitur lingua Graecorum vulgaris, praesertim in arborum, herbarum, animantium, rerumque naturalium vocabulis, ex Orientis fontibus derivanda; quae primordia si *Car. Du Cangio*, Viro juxta laboriosissimo et egregia doctrina praedito, penitius fuissent perspecta, errores sane non paucos effugere potuisset, et gratiam haud paulo majorem a literatis hominibus inire. Sequuntur in C. D'O. Ἐφ' ᾧ τ' ἐκεῖσε] ἐπὶ τῷ ἐκεῖ. Πρὸς ἐπὶ τούτοις] ἐκ παραλλήλου. Ἀποπέμπων] τὴν πρὸς ἐμὲ ἀποδιώκων συνήθειαν. Ἄλκιμοι] ἰσχυροί. Apertum est, qua ratione vim participii ἀποπέμπων expediverit, adscito nimirum extrinsecus accusativo ἐμέ, vel τὴν πρὸς ἐμὲ συνήθειαν· ἀπο-

---

tum illud πρὸς τούτῳ, quod in vetustis scholiis itidem extitisse credo, paene postulare scripturam ab *Etymologo* proditam προσαπέπεμψεν. Πατεῖν usu Graecae linguae vulgaris pro *ire, vadere* teri solet: sic ἀντιβαίνειν παρὰ τοῖς κοινοῖς ἀντιπατεῖν, teste *Schol. Sophocl.* ad Electr. v. 577. Inde sumtum arbitror in vulgatis Lexicis, quando ἀντιπατεῖν exponunt, *obstrepere:* nam falli videtur *H. Stephan.* Th. L. Gr. T. III. p. 80. F. qui *perperam sic exponi* contendit, *confundendo cum* ἀντιπαταγῶ· neque illi praesens *Scholiastae* locus in memoria fuit, quum notabat p. 79. G. πατεῖν *adferri cum* ἐκεῖσε *pro ire,* μηκέτι ἐκεῖσε πατῆσαι. Neutri verbo sedes in Gl. M. et I. Graec. a *Car. Du Cangio*, quod factum oportuerat, est concessa.

Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

1003 Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.] Τινές φασιν, ὅτι ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις ἰσχυρότατοι ἦσαν οἱ Μιλήσιοι, καὶ 8 ὅπου προσετίθεντο, πάντως ἐνίκων. Πολυκράτης οὖν ὁ Σάμιος συγκροτῶν πρός τινα πόλεμον, ἠθέλησε λαβεῖν αὐτοὺς εἰς συμμαχίαν, καὶ εἰς τὸ μαντεῖον ἀπῆλθεν ἐρωτήσων περὶ τούτου· ὁ δὲ θεὸς ἔχρησεν,

Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

πέμπειν vero et ἐκπέμπειν saepe a Grammaticis exponuntur ἀποδιώκειν, ἐκδιώκειν. Sententia, me quidem judice, planior erit, si referas ad ἄμητα· quomodo non leve momentum accedet *Etymologi* lectioni, προσαπέπεμψε, simulque in his extabit convenientissima quaedam anilis μακρολογία. Forte tamen aliquis hunc in modum capere maluerit, *Et super haec praeterea dici jussit misso ad me nuncio:* quod ut non prorsus damno, sic usum illum in ἀποπέμπειν paulo rariorem esse arbitror.

---

8 Ὅπου προσετίθεντο] *Erasmus* in Adag. *Fuere quondam strenui Milesii*, integrum fere scholion Latine vertit; sed eum in modum, ut difficiliora dissimulet, quaedam non satis bene fuerit adsecutus: velut hoc ipso in loco ut vera foret ejus interpretatio, *Quidam ajunt Milesios olim belli gloria praeter ceteros floruisse, adeo ut, quoscunque bello lacesserent, eos superarent*, Graece scribi debuerat, καὶ οἷς ἂν ἐπετίθεντο, πάντως, sive πάντας ἐνίκων. Nunc sine controversia *Scholiastae* mens est: *et quorum se partibus adjungerent, illi omnino bello superiores erant.* Προστίθεσθαι vel προσθέσθαι τινὶ historicis ea virtute frequens: saepe *Demosth.* pro Coron. προσθέσθαι Φιλίππῳ· πόλις τοῖς ἰσχύουσι μὲν, μὴ δίκαια δὲ πράττουσι προσθεμένη· τοῖς ἐκ τοῦ λόγου φαινομένοις προσθέσθαι, *iis, quae oratione probabilia redduntur, calculum adjicere.* Phrynichus ὁ στρατηγήσας τὰ περὶ Σάμον, καὶ Ἀστυόχῳ προσθέμενος, *Schol.* ad Av. v. 750.

Ἄλλως. περὶ τῆς παροιμίας ταύτης 9 Δάμων οὕτω φησί. Τῶν

9 Δάμων] Advertit me forma Dorica nusquam alibi, quantum recordor, in hujus scriptoris nomine usurpata. In Scholiis certe ad Av. v. 302. est Δήμων· similiter ad *Pindar.* N. Z. 155. ubi quae sunt a veteri Grammatico adnotata, *Fracinus* integra subjecit Ranis *Aristophanis* v. 442. Multo plures, si quis requirat, suppeditabit Bibliotheca *Meursii* Graeca, qui propterea Δήμων hic quoque rescribendum esse censuit. Gente Dorus fuerit Demo, dicere non habeo: quod si constaret, facile credi poterat Doricum ejus nomen, ut in Damarato et Demarato Corinthio, multisque aliis usu venit, in formam vulgarem a Grammaticis fuisse conversum. Sic *Epicharmi* Siculi fabularum titulos saepius adducunt Πύῤῥα ἢ Προμηθεὺς, Ἥβης γάμος, Γῆ καὶ θάλασσα, quam Προμαθεὺς, Ἥβας vel Ἄβας, Γᾶ etc. *Aeliano*, qui genuinam inscriptionem servaverat, ex ea causa grave vulnus est inpressum: mendosissimus enim locus de Anim. XIII, 4. ita redintegrari debet: Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Ἥβας γάμῳ, καὶ Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ, καὶ προσέτι Μώσαις. Occurrunt alioqui frequenter sine discrimine Damon et Demon. Pythagoreus est Syracusis oriundus apud *Jamblichum* Damon, notissimus ille Phintiae sodalis; Sicyonius alter Demon. Celebris Musicus, idemque disciplinae moralis et civilis peritissimus Damon, cui Pericles operam dedit: ab eo ducta Musicorum secta, αἵρεσις Δαμώνιος, non Δαιμόνιος, ut perperam legitur in *Porphyr.* Hypomn. ad *Ptolem.* Harmon. quod *Bullialdum* fefellit Not. ad *Theon. Smyrn.* p. 205. Hunc Damonem Atheniensem non solum adpellant *Plutarch.* de Mus. p. 1136. E. et *Athen.* XIV. p. 628. C. sed et testularum suffragia, quibus labefactatus patria caruit, aperte ostendunt: quocirca vix mihi dubium videtur, quin eum ipsum designaverit *Stephan.* in Ὄα, Δάμων Δαμωνίδου Ὄαθεν· ad illam itaque normam *Plutarchus* emendandus in Pericl. p. 157. A. συμβουλεύοντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Ὄαθεν, non, quod *Meursius* autumabat de Pop. Att. Οἴηθεν· nisi quis statuat, haec ab ipsis veteribus per errorem, quem fecerit excusabilem perspicua literarum vicinitas, aliquando fuisse confusa. Hunc saltem Demonidem et illum Damonidem non fuisse diversos verosimillimum puto; ideoque magis miror, quid sit,

ἐν περὶ τοῦ πολέμου 10 πρὸς τοὺς Ἀμβρακιώτας βουλεύσασθαι

l Plutarchus adnotave-
de primae syllabae in
ν quantitate: Δάμωνα,
it p. 153. F. οὗ φησὶ
ταὔνομα βραχύνοντα τὴν
ραν συλλαβὴν ἐκφέρειν.
nim, nisi a legitima ra-
aberraverit perversa
endi consuetudo, non a
ς, Δήμων, Δάμων, sed ab
prorsus origine, nimi-
a verbo δάμω, unde
ω, δαμάζω, derivandum
. Atque hic Damon,
terquam de arte Musi-
orte quaedam, nihil li-
videtur mandasse: di-
ıs ergo, qui Atticas
uitates et historiam com-
it: pervetustum scripto-
inpugnavit, teste Sui-
callentissimus patriorum
m Philochorus, cujus
a fidem illius in rebus
is haud parum fuisse
itatam credibile est:
enim ob causam, ut
tor, Ἀτθὶς Philochori
ınties, rarissime Demo-
Grammaticis solet ad-
i. Idemne sit, quem
Athen. X. p. 442. C.
ἐν περὶ Βυζαντίου, juxta
Casaubono Anim. III,
gnorare me fateor: ne-
magis compertum ha-
quod statuere tamen
ur vir magnus, an τῆς
dos auctori commenta-
περὶ παροιμιῶν vindicari
it: ex eo certe sunt
a, quae protulit hoc
loco Scholiastes; nam inanis est conjectura Ja. Perizonii ad Aelian. V. H. III, 14. n. 6. Illud autem de Proverbiis opus, quisquis auctor fuerit, ingenti voluminum numero constitisse oportet, si nullo vitio laborat Harpocr. in Μυσῶν λεία, Δήμων ἐν τεσσαρακοστῇ περὶ Παροιμιῶν. Verum lectioni vulgatae nemis fidamus, cavet Cod. Medic. in quo scribi testis est Ja. Gronovius ἐν πρώτῳ: suffragatur Apostolius C. XIII, 36. ὥς φησι Δήμων ἐν πρώτῃ περὶ Παροιμιῶν. A. et Fl. jungunt: ἄλλως περὶ τῆς παροιμίας etc. bene Gelenius separavit.

10 Πρὸς τοὺς Ἀμβρακιώτας] Cum Ambraciotis, tanto terrarum intervallo disjunctis quid Caribus unquam fuit, aut esse potuit negotii? An metuendum erat, ne longinquis expeditionibus alter populus alterius fines infestos haberet? Dixerit aliquis, non esse causam, cur hoc absurdum videatur, si modo vetusti temporis rationem adtendamus: Caras quippe, Pelasgos, Lelegas, Sellos mutatis subinde sedibus Aetoliam olim, et Acarnaniam, et Thessaliam, quin et ipsam Epirum tenuisse; jam nihil obstat, quo minus, quando ibi consederunt, bellum adversus pro-

ταν, ἀλκιμωτάτους ὄντας τῶν ἐν πολέμῳ γειτόνων τίνας χρὴ ποιεῖσθαι

ximos Ambraciotas fuerint moliti. At si quis, ut nondum praesentem expediat, ad remotissimam illam memoriam adscenderit, is, quaeso, cogitet, Ambraciam tum ne conditam quidem fuisse; tantum abest, ut a Caribus vexari potuerit: praeterquam quod animadvertere sit proclive, quae de Caribus hic narrantur, ad longe inferiorem aetatem esse demittenda. Idcirco miror, Ambraciotis licuisse per homines eruditissimos tamdiu in sedibus haerere, quas nullo jure tueri possint. *Erasmo* tamen, ni fallor, nonnihil hic vitii suboluerat, utpote qui, dum de verbo paene ad verbum *Scholiasten* Latine reddit, missis Ambraciotis, *quosdam* tantummodo scribere fuit contentus: *Cum Cares bellum adversus quosdam molirentur, statuissentque ejus gentis auxiliis uti* etc. Erroris cubile, ut puto, liquidissimum in modum detectum; quod tametsi plerumque pronam simul ad emendationem emendam viam commonstret, vereor equidem, ne spem nostram hic frustretur. Mihi quae dudum scrupulum eum agitanti in mentem venerint, breviter exponam, sagacioribus ingeniis ad excitandam veritatem forte profutura. Ambraciam apud *Stephanum* proxime praecedit, sic ut oculos effugere nequeat, Ἄμβλαδα, urbs Pisidiae: Caribus confines Pisidae, inque iis Ambladenses, qui non adeo videntur, si literarum ductus consideres, ab Ambraciotis distare, ut utrorumque nomina, praesertim ab inperitis librariis, permutari facile non potuerint: neque ea conjectura *Petro Wesselingio*, quum sententiam ejus exquirerem, latuerat. Ergo perpendi meretur, an commode refingi possit, πρὸς τοὺς Ἀμβλαδέας βουλευσαμένων· quod non ita capiebam, quasi de bello Ambladensibus inferendo Cares consultarent: manifestum ex sequentibus, Caras a Persis infestatos auxilia circumspexisse, quibus adjuti potentissimos hostes repellerent: sed cum sociis Ambladensibus de bello Persico deliberasse, illamque consilii publici fuisse summam, quosnam vicinorum virtute florentissimos potissimum sibi adjungerent. Neque interpretationi nostrae loquendi modus officit: nam vel e Lexicis discere licet, recte poni πρὸς τοὺς Ἀμβλαδέας βουλεύσασθαι pro, *cum Ambladensibus consilia conferre*. Quae vero continuo sequuntur, caputque deliberationis continent, in

συμμάχους, οἱ μὲν τοὺς Μιλησίους ἡγοῦντο δεῖν παρακαλεῖν, (καὶ

hunc ordinem redacta clarius utique poterunt intelligi, *τίνας τῶν γειτόνων ἀλκιμωτάτους ὄντας ἐν πολέμῳ χρὴ ποιεῖσθαι συμμάχους·* nisi sufficere quis putet minorem mutationem, *ἀλκιμωτάτους ὄντας ἐν πολέμῳ τῶν γειτόνων τίνας χρὴ π.* etc. Ambladenses autem quanquam in hac historia nihil admodum offendant, adversus Ambraciotas certe satis superque sint tecti, nuda tamen, quod ultro fateor, conjectura tantum nituntur, cui nullum aliunde fundamentum accedit. Quin si quis me postulet, ut in ea, qua versamur, aetate Amblada fuisse demonstrem, rem liquido conficere nequeam; licet probabilissimum ex ipsa vocis forma Caricum quiddam ac vetustum sonante videatur. Quaeramus igitur, an firmius aliquid inveniri possit. Persuasum mihi est, quae noster *Scholiastes* e Damone repetiit, eandem exponere rem gestam, quam memoriae mandavit *Herodot.* V, 118. 119. 120. Iones a Dario desciverant: Sardes captae et incensae; qua in expeditione Atheniensium opera fuit insignis: urbis nobilissimae vastatores bello persequitur Daurises Darii gener cum aliis pari dignitate ducibus: dum Hellespontiacas urbes expugnat, nuncius adfertur de Caribus Ionum partes secutis: statim eo copias ducit: trajecto Maeandro acerrima pugna committitur: victi Cares fugatique *κατειλήθησαν εἰς Λάβρανδα, ἐς Διὸς Στρατίου ἱρὸν μέγα τε καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων.* Ibi consultantibus, utrum maxime suis rationibus expediat, facta deditione cum Persis pacisci, an alias sedes, Asia relicta, quaesitum abire, Milesii repente suppetias veniunt, et dubitationem decernunt. Cum Persis iterum congressi majore clade sternuntur: *πεσόντων δὲ πολλῶν Μιλήσιοι μάλιστα ἐπλήγησαν.* Haec mihi si quis cum Damonis narratione comparaverit, quamvis cuncta non prorsus exacte congruant, praetermissaque sit ab *Herodoto* sortis divinae commemoratio, eandem omnino historiam utrobique agi non difficulter concedet. Cares nimirum a primo praelio fuga dilapsi ex superioribus locis propius mare se receperunt: concilium gentis in vico Labrandis, ut felicius sub Jovis *Στρατίου* auspiciis deliberatio de summa re succederet, est habitum. Vicus autem Labranda, hoc enim est verum loci nomen vel invita Medicea membrana, quam supersti-

γὰρ εὐημέρουν τότε μάλιστα τῶν περιοίκων, καὶ διὰ τὸ γειτνιᾶν τῇ Καρίᾳ τὴν τούτων χώραν) οἱ δὲ διαλύσασθαι πρὸς τοὺς Πέρσας συνεβούλευον, τὴν τούτων ἀρχὴν μεγίστην γεγονέναι φάσκοντες, καὶ πάντων ἀλκιμωτάτους εἶναι, κρατοῦντας τῆς Ἀσίας. Ἔδοξεν οὖν τοῖς Καρσὶν ἐρωτῆσαι τὸν Ἀπόλλωνα· τὸν δὲ θεὸν ἀποκρίνασθαι,

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

tiosa veneratione semper *Ja. Gronovius* suspicit, Mylassis stadiorum admodum LXX. intervallo distabat. Στρατίῳ Jovi, quem summa religione Cares colebant, cognomen fuit a loco ductum Διὸς Λαβρανδηνοῦ, ut *Strabo* scripsit XIV. p. 973. F. vel, quod magis ustitatum, Λαβρανδέως· extrema voci litera deficit in *Aeliano* de Anim. XII, 30. cui ut lubens dederim, a Στρατίῳ non differre Labrandensem Jovem, sic eundem ipsum et Κάριον adpellari, nondum adducor, ut credam: in quam disputationem paulo majoris operae nunc ingredi non vacat. Jam pone sodes, apud Damonem ita fuisse scriptum, πρὸς τῷ τοῦ Λαβρανδέως, aut, si mavis, errore perquam vulgari, Λαμβραδέως ἄλσει βουλευσαμένων, res omnis erit in vado, suaque historiae fides constabit: antiquarios vero quam facile barbarus inauditi vocabuli sonus deduxerit ad notiores Ambraciotas, quum similes literarum notae vel oculo judice deprehendi possint, multis dicere quid attinet? Interim veri similiora proferentem nullus adspernabor. *Suidas* in his salebris nos plane deserit: nam in Πάλαι etc. sic habet, ἐπὶ τῶν ποτ' ἀκμασάντων, νῦν δὲ ἀσθενῶν· in Ἦσαν paulo aliter, παροιμία ἀπὸ χρησμοῦ, ἐπὶ τῶν ποτὲ εὖ, εἶτα ἑτέρως γεγονότων· unde, quod *Schottum* fugit, in *Diogeniano* C. V, 3. reponendum εἶθ' ἑτέρως. Haud poterat jejunius: pleniora dedit margo C. D'O. quae tamen neque ipsa quicquam nos juvant: οἱ Μιλήσιοι πάλαι ἐπ' ἀνδρίᾳ θαυμαζόμενοι, καὶ σύμμαχοι τοῖς βουλομένοις ἐγίγνοντο. ἐλθόντες οὖν τινὲς εἰς τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ πυνθανόμενοι αὐτοῦ, εἰ δέῃ Μιλησίους συμμάχους λαβεῖν, χρησμὸν ἔλαβον, ὅτι Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι· ἐπεκράτησε δὲ τοῦτο εἰς παροιμίαν. Ita recentiorum erat mos excerpendi, ut, quicquid eruditum et a vetustioribus Grammaticis tractum inveniebant, tanquam pannos inutiles reciderent. Ex quo fonte sua derivarit *Mich. Apostol.* C. XV, 59. nondum reperi: a ceteris qui-

τοῦ δὲ χρησμοῦ διαδοθέντος εἰς τὰς Ἀσιάτιδας πόλεις, οἱ μὲν Μιλήσιοι, τὴν προφῆτιν αἰτιασάμενοι διεφθάρθαι χρήμασιν ὑπὸ τῶν Μηδιζόντων, πανδημεὶ τοῖς Καρσὶ βοηθήσαντες, καὶ τοῖς Πέρσαις μετ' ἐκείνων συμβαλόντες, σχεδὸν πάντες ἀπέθανον· τὸν δὲ χρησμὸν διὰ τὴν ἀλήθειαν εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν. Ἄλλως. ἰσχυροί ποτ' ἦσαν οἱ Μιλήσιοι, 11 ὡς καὶ Ἀνακρέων. πολεμουμένους δὲ

dem aliquantum discordat cum interpretandi modo, tum explicanda paroemiae causa, de qua post *Erasmum* et *Schottum* ad *Zenobium* videndus est *Gatakerus* de N. Inst. Styl. c. XIX. quorum observatis ab Illustri Viro *Ez. Spanhemio* nihil magnopere accessit. Cavendum vero, ne quis Apollinem hic Delphicum, aut προφῆτιν, ut simpliciter plerumque nominari solet, Pythiam accipiat: nam diserte *Zenobius*, ἐλθεῖν εἰς Βραγχίδας, καὶ τὸν ἐκεῖ θεὸν ἐρωτῆσαι, εἰ Μιλησίους προσθεῖντο συμμάχους. Hoc oraculum scilicet situm erat in propinquo: nec discrimen a victoribus Persis inminens longi temporis, quod Delphis adeundis inpendendum fuisset, moram patiebatur. Non minus autem, quam Delphis, itidem erat in Branchidis προφῆτις, sive γυνὴ χρησμῳδός, quae concepto numine futura praediceret. A *Porphyrio* memorantur Ep. ad Aneb. αἱ ἐν Βραγχίδαις προφήτιδες· sed eximius inprimis est *Jamblichi* locus de Myster. p. 74. ubi non solum τὴν ἐν Βραγχίδαις γυναῖκα χρησμῳδὸν invenies, verum insuper expositum, quam variis modis auram divini spiritus lucidam hauriret.

11 Ὡς καὶ Ἀνακρέων] Ex A. et Fl. revocavi καὶ illud in ceteris Edd. omissum. *Zenobius* etiam admonet in carminibus Anacreonteis extare hoc proverbium, eoque argumento utitur, quod bene *Schottus* animadvertit, ad illorum, atque adeo Damonis, opinionem refellendam, qui originem paroemiae Darii Hystaspis filii temporibus includunt: Anacreon enim maxime sub Cyro floruit, post quem Darius demum tertius regno Persico fuit potitus. Ratio ficulnea, nulliusque ponderis, si verum est, quod *Barnesius* statuit, Anacreontem produxisse vitam ad ultimam Olympiada LXXVI. quum Xerxer jam tertium et decimum ageret imperii annum: quos calculos exigere non est hujus loci. Interea, non dubito, quin Grammaticorum alii, ut motam difficultatem evitarent, tradiderint sortem oraculi fuisse redditam Polycrati Samiorum tyranno,

Χρ. Δῆλον, ὅτι τοὺς τρόπους τὶς οὐ μοχθηρὸς ἦν·
"Επειτα πλουτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ· 1005

Κᾶρας ὑπὸ Δαρείου τοῦ Ὑςάσπου, τοῦτον λαβεῖν τὸν χρησμὸν, πυνθανομένους, εἰ προσλάβοιεν συμμάχους Μιλησίους. ὁ δὲ νοῦς τοῦ λεγομένου τοιοῦτος, ἀντὶ τοῦ, πάλαι συνῆν σοι, νῦν δὲ οὔ. 12 εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονούντων, νῦν δὲ ἀτυχούντων.

1005 "Ηδεται φακῇ.] Εἰκότως παρεικάζει φακῇ τὴν γραῦν,

v. 1004 Δῆλον] Φανερόν. Μοχθηρὸς] ἤγουν κακότροπος. "Επειτα] μετὰ ταῦτα. "Ηδεται] αἰ εὐφρένεται. Πρὸ τοῦ] πρότερον, πρῶτον. Κατήσθιεν] ἔτρωγεν. C. D'O. *Kustero*, si continuanda sit persona Chremyli, pro ἔπειτα scribendum videtur ἐπείγε, *si quidem;* sin ἔπειτα *Comico* relinquatur, tum versum hunc cum tribus sequentibus aniculae rectius tribui. De priore *Devarius* intercedet p. 181. quamvis in hac particula, eiusque praepostera positione subtilius ille, quam par sit, pro more suo philosophetur. Alterum haud facile probet, qui paulo diligentius ad illud adtende-

---

cum quo familiarissime vixit in amicitiam intimam admissus Anacreon. Quae porro de hoc proverbio noster *Scholiastes* exposuit, eorum nihil ab *Aristotele* fuisse commemoratum in Milesiorum rep. colligere licet ex *Athenaeo* XII. p. 523. F. id enim solum philosophus scripserat, Milesios in perditam luxuriam prolapsos pristinam dignitatem militarisque fortitudinis laudem retinere non potuisse; unde manaverit in vulgus: Πάλαι πότ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

12 Εἴρηται δὲ ἡ π.] Interponendum fere puto καὶ hoc pacto: εἴρηται δὲ καὶ ἡ παροιμία, vel, εἴρηται δὲ ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ τῶν πρ. etc. Primum declarat, quae sit paroemiae mens apud *Aristophanem:* tum quo sensu haud parum diverso ab aliis usurpetur. Favet *Apostolius*, etsi ordinem inverterit: ἐπὶ τῶν πρὶν μὲν εὐπραγούντων, ὕςερον δὲ δυσπραξάντων· (Graecum vix est: lege, δυσπραγούντων, sive δυσπραγησάντων) τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν χρωμένων τισὶν ὁπωσδήποτε, ὕςερον δὲ μὴ φροντιζόντων αὐτῶν, ὡς ὁ ἐν Ἀριςοφάνει νέος μεμήνυκε τῇ γραΐ.

Πρότου δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντα κατήσθιεν.
Καὶ μὴν πρότου γ' ὁσημέραι, νὴ τὼ θεώ,
Ἐπὶ τὴν θύραν ἐβάδιζεν αἰεὶ τὴν ἐμήν.

τε τὸ τοῦ ὀσπρίου χαῦνον· τοιαῦται γὰρ καὶ αἱ γρᾶες· καὶ τὸ ἐσθίειν φακῆν τὰς γραῦς οὐκ ἐχούσας ὀδόντας.

Καὶ μὴν πρότου γ' ὁσημέ- nam liquido versum ıcedentem personae di- ac congruere demon- t: *Devarium* vide p. . Equidem multo potius, ıula mutatione inducta, onas sic ordinari ve- : Χρ. Δῆλον, ὅτι τοὺς πρό- τις οὐ μοχθηρὸς ἦν. Γρ. θ' ὅτι πλουτῶν οὐκ ἔθ' κε φακῆ. Χρ. Πρότου δ' Scilicet post interje- a Chremyli dictum per- ıitur anus coeptum ser- ıem; unde, quod hic ıt, arcessi convenit: ἔ- ε εἶπεν ἀποπέμπων, ὅτι ıτῶν οὐκ ἔθ' ἥδεται φακῇ. ınsi nihil minus hoc, n alienum videatur, con- us tamen 'sum lectione ;ata, quae seni faceto versus continuos adju- t: sententiam vero ali- ac *Devarius* fecit, sic landam existimo: *Ad- et moribus esse juvenem m haud sane absurdis:* scilicet te vetulam res suas habere jusserit, lignoque responso fuerit ıs: *Tum porro nihil est um, si divitiis auctus non amplius lenticula dele- ctetur.* Hunc versum *Sui- das* in Φακῇ notat esse pa- roemiam ἐπὶ τῶν πλουσίων γε- γονότων ἀπὸ πενήτων· secutus est *Erasmus*, quem inter adagia reponere non pi- guit, *Dives factus jam de- siit gaudere lente.* Pro ἅ- παντα κατήσθιεν *Athenaeus* habet IV. p. 170. D. ἅπαντ' ἐπήσθιεν· pejus enim ἐπήσθιον editur. Genuinum puto: nam falli non poterat *Athe- naeus*, qui consulto protu- lit, ut ἐπεσθίειν hac aucto- ritate firmaret: alterum hoc illatum ex v. 1025. idque verbum saepius infra recur- rit v. 1129. 1131. 1144. quibus in locis opportune ponitur; hic contra multo melius quadrat ἐπήσθιεν. U- trumque usurpant ἐπίσθιεν et ἐπεσθίειν· *Epicharm.* a- pud *Athen.* III. p. 85. D. Τὰ γλυκέα μὲν ἔντι ἐπίσθιειν. *Pherecrat.* XIV. p. 645. A. —— ὑπὸ τῆς ἀπληστίας Διακό- νιον ἐπῆσθεν ἀμφιφῶντ' ἔχων. *Callimach.* Epigr. LI. —— ἅλα λιτὸν ἐπίσθων.

v. 1007 Νὴ τὼ θεώ] Τὸν

Χρ. Ἐπ' ἐκφοράν. Γρ. Μὰ Δί', ἀλλὰ τῆς φωνῆς μόνον
Ἐρῶν ἀκοῦσαι. Χρ. Τοῦ λαβεῖν μὲν οὖν χάριν. 1010
Γρ. Καὶ νὴ Δί', εἰ λυπουμένην γ' αἴσθοιτό με,

Ἔρωτα καὶ τὴν Ἀφροδίτην. C. D'O. ne scilicet per sua numina non juraret anus libidinosa. *Hesychium* audi meliorem interpretem: Νὴ τὼ θεώ, ὅρκος κατὰ Δήμητρος καὶ Κόρης. *Poll.* X, 97. Emenda *Lys.* p. 103. v. 27.

v. 1009. Ἐπ' ἐκφοράν] Ἐπ' ἐκφορᾷ] ἤγουν ἐπ' ἐξαγωγῇ τινὸς πράγματος. C. D'O. Ferri posset ἐπ' ἐκφορᾷ, quippe ingenio linguae Graecae non repugnans: sed vulgatum communis loquendi usus tuetur: βαδίζειν ἐπ' ἐκφοράν, *Synes.* Ep. III. ἐπ' ἐκφορὰν ἥκειν τοῦ τεθνειῶτος, *Lys.* apud *Athen.* XIII. p. 613. D. ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν ἀπαντᾷν, *Lucian.* Demon. p. 1017. C. *exequias ire.* Hic sensus Aristophanei loci quum sit perspicuus, et legenti statim in oculos incurrat, jure mireris, quid moverit Interpretem D'O. C. ut in aliam longe partem vocabulum illud acciperet: nisi eo ducere putavit, quod Chremylus mox respondet, τοῦ λαβεῖν μὲν οὖν χάριν. Non equidem inficior, ἐκφορὰν apud *Plutarch.* T. II. p. 660. A. et ἐκφορεῖν saepe de rebus et supellectile sumi, quae domo efferuntur, aut per vim etiam exportantur: sed cum a tali explicatione debuerat revocare vetula capularis, funeri magis tempestiva, quam deliciis amatoriis. Eadem tamen oberrant chorda Eccles. v. 920. Οὔκουν ἐπ' ἐκφοράν γε; ibi *Schol.* notat: ὅτι τῶν γραϊδίων ἐκφέρουσι τὴν οὐσίαν οἱ ἐρώμενοι· tu *Tan. Fabro* ausculta, qui longe rectius intellexit.

v. 1011. Αἴσθοιτο] Νοήσειε. Ὑποκορίζετο] ὑποκοριστικῶς ἔλεγε. C. D'O. qui in Νιτάριον et Βάτιον prorsus cum Edd. conspirat. *Suidas* tamen Νιττάριον habet et Βάττιον, quae propius accedunt ad ingeniosissimum summi *Bentleii* inventum, Νηττάριον ἂν καὶ Φάττιον. Hoc ego quin ab ipso *Aristophane* sit profectum quum non dubitem, vix temperare mihi potui, ne pristinas in sedes restituerem. Priorem emendationis praestantissimae partem occupaverat, quo erat acumine subtili, *Tan. Faber* ad *Lucret.* p. 497. quem miror, cur νησσάριον scribere maluerit, quam, quod Ἀττικώτερον erat, et vitiatae lectioni similius, νηττά-

Νιτάριον ἂν καὶ Βάτιον ὑπεκορίζετο.
Χρ. Ἔπειτ' ἴσως ᾔτησεν ἂν σ' ὑποδήματα.

1012 Νιτάριον ἂν καὶ βάτιον.] Σύμμαχός φησι, 13 Νίταρος πολὺς ἐπὶ μαλακίᾳ ὀνειδιζόμενος ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασι,

ριον· altera forma, teste *Moschopulo* περὶ Σχεδ. p. 173. in popularem usum abiit: Νῆσσα καὶ νῆττα τὸ κοινῶς νησσάριον.

v. 1013. Ἤιτησεν ἂν σ' ὑποδήματα] Minime spernendum est, quod suppeditat C. D'O. Ἔπειτ' ἴσως ᾔτησ' (ἐζήτησεν) ἂν εἰς ὑποδήματα· hanc enim ipsam loquendi formulam anus usurpavit v. 984. cujus verba noster Chremylus ἠθικῶς imitatur. Inmutandae lectioni forsitan occasionem dederit omissus accusativus, qui supra fuerat expressus, ἀργυρίου δραχμάς· quae tamen ratio perquam est familiaris, ut v. 1032. nec legitimae scripturae damnum inferre debuerat. Elegans usus praepositionis εἰς· *Euangel*, apud *Athen*. XIV. p. 644. E. εἰς τὰ κρέα μόσχον ἔλαβες· *Theocrit*. Eid. V, 98. ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον . . . . . δωρήσομαι. Paulum discrepat, ut tamen sit proximum, nostri *Comici* Pac. v. 36. —— οἱ τὰ σχοινία. Τὰ παχία συμβάλλοντες εἰς τὰς ὁλκάδας· illudque *Theophrasti* Hist. Pl. V. c. 5. εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς λίμνας ἐκ τούτων (τῶν δρυΐνων ξύλων) ναυπηγοῦσι· parique modo dicuntur εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν, πλάττειν τοὺς πηλίνους. Talia sunt apud Latinos, *parare lanam in vestem; dare in sumtum dimidium minae; conferre pecuniam in statuas, in coronam auream quindecim talenta.*

---

13 Νίταρος etc.] Scholium gerit ora D'O. C. ab editis non valde discrepans: Νίταρος καὶ Βάτος ἄνδρες ἦσαν θηλυπρεπεῖς καὶ ὡραῖοι· παρῃτημαζεν (lege παρείκαζεν, vel παρῄκαζεν) οὖν αὐτὴν τούτοις ὑποκοριζόμενος· ἄλλοι δὲ νιτάριον καὶ βάτιον φασὶν εἴδη ἀνθέων, ἵνα λέγοι, ὡς ἄνθη με εἶχεν καὶ ἐκολάκευεν. Detractum vides pro seculi genio, quod reconditioris erat literaturae. In eo, quod *Suidas* versavit, *Aristophanis* exemplari prior tantummodo fuit, eaque po-

καὶ Βάτος· καὶ τὰς μικρὰς δὲ θηλείας, Βατύλους ἔλεγον. καὶ

tior hujus scholii pars ordine nonnihil variato: dabo lectionem Mediol. Edit. a qua nescio quo nomine *Kusterus* aliquantulum recessit: Νιττάριον καὶ Βάττιον· ὑποκοριστικὰ πρὸς γυναῖκας· Νιτάριον, οἷον, νεόττιον· τουτέστι κοράσιον. Σύμμαχος δὲ φησι, Νίτταρος πολὺς ἐπὶ μαλακίᾳ ὀνειδιζόμενος καὶ Βάττιος· καὶ τὰς μικρὰς καὶ θηλείας βατύλας ἐκάλουν· καὶ Θ. δρ. ἐ. Β. Οἱ δὲ φασὶν εἴδη φυτῶν· θ. οὖν ἐ. . . . εἶχεν. sequitur, Νιτάριος, ὄνομα κύριον· quod hinc fluxerit, an aliunde, dicere non habeo. *Bentleius*, ut ad palmariam illam emendationem via procederet, acutissime disputavit, nullius esse pretii, quicquid in hoc scholio tradatur, non alium in finem excogitatum, quam ne ignorantia perluceret: vereor equidem, ut illustris Viri rationes ab omni parte sint aeque firmae. Primum enim, licet virilium nominum diminutiva mulieri absurde tribui concedam, an, cur *Symmachi* fidem de Nitaro et Bato vel Batto in dubium vocemus, satis vehemens est causa, quod nemo alios eos commemoret? quam non pauca in his ipsis, quae restant, comoediis inveniuntur, quorum mentio vel nusquam, vel alicubi semel tantum adpareat: ex amissis certum est multa proferri tum vocabula, tum nomina propria, quae, si veritas eorum ab altero exemplo, aut teste pendeat, pro falsis sint habenda. Atqui Symmachus liquido scribere non cunctatur, Nitarum vel Nittarum et Battum (Nittarum quidem sine dubio, de altero si forte, quod postea videbimus, sit ambigendi locus) ut molles et effeminatos traduci ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασι· quod falso adfirmare in re, quae tunc temporis inspectis *Comici* fabulis explorate cognosci poterat, cujus foret inpudentiae? Deinde ut ingeniosissime conjectari non diffitear, καὶ τοὺς μικροὺς δὲ καὶ θήλεας βατάλους ἔλεγον, emendatio tamen, nisi longe alio, quam quod *Bentleius* subjecit, nitatur fundamento, haud satis munita, extraque omnem dubitationis aleam posita. Praetereo μικρούς, quod vocabulum Grammaticorum nullus ad explicandum βάταλος adhibuit: quae causa virum magnum videtur inpulisse, ut insuper tentaret, μαλακούς· propius equidem ad literas, si res poscat, malim μιαρούς. At vulgatae lectioni nonne favet *Suidas*? favet etiam, quod ma-

Θεοπόμπου δρᾶμά ἐστι Βατύλη. Τινὲς δὲ νιτάριον καὶ βάτον εἴδη

gis est, forma vocis diminutiva: idcirco *H. Stephanus* in Thes. L. G. Ind. βατύλας se reposuisse monet pro βατύλους, *eamque scripturam rationi esse consentaneam.* Quid porro fiet illo comoediae Theopompeae titulo Βατύλη; an temere confictum dicemus, et, quia nusquam alibi, quantum adhuc constat, commemoretur, una litura penitus expungendum? qua de re dum tacet vir summus, satis se difficultatem eam persensisse ostendit: nam si Βατύλη vitio caret, pariter retinenda sunt priora; sin, hoc quoque mutandum in Βατάλη. Jam de νιταρίῳ et βάτῳ, herbarum florumve generibus, nihil omnino contendo: nec βάταλον, quomodo turpiuscule vocant *Comici* τὴν ἕδραν, huc parum decore conferri inficior; talem enim prae se speciem ferunt, quam ab ignobilioribus aevi vergentis Grammaticis profectam libenter credas. De *Didymi* interpretatione si quaeratur, alia res est: eam video, non minus, quam ceteras, a *Bentleio* explodi: *Kusterus* intercedit, et *Tan. Fabri* sententiam νηττίον emendantis pro νεόττιον amplectitur. Ita sane nonnihil consultum fateor honori Grammaticorum haud infimi: sed alio tamen me trahit additum οἱονεὶ κοράσιον, vel, ut *Suidas* habet, τουτέστι κοράσιον. Quid enim est propius, quam ut hinc in suspicionem venias, *Didymum* aut scriptum reperisse, aut scribi voluisse νοττάριον. Illa quidem forma licet ad Atticam amussim non respondeat, quemadmodum intelligi potest ex *Phrynicho* p. 34. et *Thom. Magistro*, ideo tamen non est prorsus abjicienda, quippe Graecis haudquaquam infrequens: νοττεύειν habet *Nicand.* Alexiph. v. 492. νοσσεύειν *Herodotus, Panyasis* apud *Athen.* IV. p. 172. D. νοσσάδας ὄρνεις· vid. *Ammon.* in Φωλεός· intra fixos Grammaticorum cura terminos ipsi scriptores vetusti nec tenentur, nec sane teneri se patiuntur. Jam νεοττὸν Tragicis et *Euripidi* in primis pro *infante*, vel *puero*, sive *puella* saepius usurpari, notissimum est. Expende nunc, quam apte cuncta, omnique ex parte congruant, si refingas, νοττάριον δὲ οἷον νεοττίον, τουτέστι κοράσιον. Erutam dedimus, ut opinor, diversam lectionem in νηττάριον, eamque satis antiquam, quippe quae *Didymo* fuerit probata. Agedum experiamur, an in Βάτιον eadem conanti fortuna respondeat. Aio βατάλιον olim

φυτῶν· ἤθελε οὖν εἰπεῖν, ὅτι ὡς ἄνθη με εἶχε. Δίδυμος δὲ φη.

in quadam *Comici* fabularum editione fuisse scriptum: hoc nisi ponas, quid insulsius est τοῦ βατάλου, quando τὴν ἕδραν significat, huc per vim adducta mentione? βάτιον ut quisquam putaverit esse contractum ex βατάλιον! quanquam Grammaticorum ineptias nullus ignorem, tam manifestam absurditatem impetrare a me non possum, ut ulli veterum adfingam. At qui βατάλιον hic in suo libro reperit, continuo potuit eo delabi, ut ridiculam adpellationem a βάταλος oriri suspicaretur. Erit forte, cui mirum accidat, φιλοφρονητικὴν dici τὴν προσφώνησιν· rationem promere non difficile foret, nisi pudori et lectoris et meo consulerem. Quod sequitur, ita scriptum initio fuisse non dubito, παρὸ καὶ βατάλιον· mutavit, qui, quum legeret in verbis *Aristophanis* nostrum illud vulgatum βάτιον, vel βάττιον, absurde alterum exhiberi sibi persuasit: neque hoc tantum, sed insuper etiam adnotavit, τὸ δὲ συνεσταλμένως ἀναγινώσκειν ἀνόητον· metro scilicet acutus homo cavere voluit; quod ne laederetur, βάττιον censuit esse βατίῳ praeponendum: quanquam, si quis commodius hoc monitum observationi proximae subjungi putaverit, non sim refragaturus. Symmachum vero ut emendandum existimem, obscurum esse nunc nequit veteri lectione βατάλιον eruta: nimirum amplector pro Βάττος vel Βατὸς Bentleianum Βάταλος, sed eo, quo dixi, scripturae priscae fundamento nixum: nam illud simulatque removeris, nihil amplius adparet, quo Βάταλος apte pertineat. In sequentibus haeret animus, utrum praeferam, καὶ τοὺς μιαροὺς δὲ καὶ θήλεας βατάλους ἔλεγον, an propius antiquum exemplar, καὶ τὰς μιαρὰς δὲ θηλείας βατάλας ἔλεγον· καὶ Θεοπόμπου δρᾶμά ἐστι Βατάλη· neque diffiteor hoc mihi videri verius ex ipso nexu orationis. Eximere conatus est, de Nitario parum sollicitus, scrupulum illum, quomodo βατάλιον a Βάταλος mulieri convenire posset; quod sane mollius accidit, multoque minus absonum, si βατάλην de feminis itidem usurpari constet. Flexionis tamen femininae vadem si quis me postulet, ut certior emendationi sit fides, nullus, quem producam, est praesto. De voce βάταλος quae *Joh. Brodaeus* Miscell. I, 20. et *Henr. Stephanus* Ind. Thes. Gr. L. observarunt, non reponam: hoc tantum admonebo, id nominis olim

ὑποκορίσματα πρὸς γυναῖκας· νιττάριον δὲ, νιόττιον, οἶμαι κα-

orma, sic potestate fuis-
mnino adjectivum, un-
καταλίζεσθαι fluxit in E-
la *Theanus* prima; quo
ius ex eo flectere licuit
λην. Conspirant Gram-
ci, quos memorat *Ety-*
p. 191. v. 17. Οἱ δὲ
λον ὄνομα παρὰ τοῖς κα-
'ς τῶν μαλακιζομένων τὸν
τὸν, ἀπὸ τοῦ θρύπτεσθαι:
li videtur, quod vul-
m est, γύπτεσθαι) ἐν τῷ
, καὶ βαταλίζεσθαι· ne-
alia fuit *Casauboni* sen-
a ad *Sueton.* Aug. c. 87.
de *batedlo*, vel *baceolo*
Deinde Βάταλος in
nacho pro Βάτος ideo
magis probatur, quod
tum sit hominem mol-
et cinaedum, tibicinem
sium, cui vel nomen
fuerit, vel potius tra-
a moribus cognomen,
um *Comicorum*. lusus
ocasse. *Plutarchus* e-
quum rationem ex-
t, probrosae adpellatio-
qua Demosthenem ini-
notarunt, diserte tra-
T. I. p. 847. E. ἦν δὲ
ταλος, ὡς μὲν ἔνιοι φασίν,
ης τῶν κατεαγότων· καὶ
έτιον εἰς τοῦτον κωμῳδῶν
Ἀντιφάνης πεποίηκεν. Si
cturae locus detur, op-
ina jocis in Batalum
hanis comoedia, cui
ις Αὐλητὴς apud *Athe-*
n. Addit *Plutarchus*,
poëtae Batali meminis-

se, quem lascivorum et in-
ter pocula cantatorum car-
minum auctorem faciant.
Priorem illum, a quo ta-
men haud scio, an poëta
jure distinguatur, Ephesium
Grammatici plures nuncu-
pant, et primum, qui cum
muliebri calceatu in scenam
processerit: *Liban.* Vit. De-
mosth. *Phot.* Biblioth. p.
807. Intelligendum in po-
strema scholii parte, si sit
integra; sin minus, sup-
plendum: ἢ δύναται Βάτιον
λαμβάνεσθαι, sive, εἰρῆσθαι
ἀντὶ τοῦ τρυφερὸν καὶ μαλακόν,
aut, quod magis etiam pla-
cet, τρυφερὰν καὶ μαλακήν.
Βάτον et βατίδα diversum ge-
nus pisciculorum, duce *A-
ristotele*, separavit *Hesy-
chius*: nullum aliud praeter-
quam dialecti discrimen po-
nunt *Moeris* et *Thom. Mag.*
Βατίδας dabit noster *Comicus*,
in Vesp. v. 508. ubi *Scho-
liastes* Βατιοσκόπους exponit
τοὺς ὀψοφάγους, qui rectius
ex ipsius *Aristophanis* Pac.
v. 811. Βατιδοσκόποι dicantur.
Verosimillimum, ni fallor,
ex his evadit, pro lectione
prisca, Νηττάριον ἂν καὶ φάτ-
τιον, sive per aberrationem,
sive utriusque genuinae vo-
cis inscitia, non unam in
varias Aristophanis editiones
invectam esse labem: ut
mendosa saepe solent in-
crustare, contortarum ex-
plicationum fucum adhibue-

Γρ. Μυστηρίοις δὲ τοῖς μεγάλοις ὀχουμένην

ῥάσιον. ἄλλως. φιλοφρονητικὴ ἡ προσφώνησις· βάταλον δὲ τὴν ἕδραν, παρὸ καὶ τὸ βάτιον. τὸ δὲ συνεσταλμένως ἀναγινώσκειν, ἀ-

v. 1014 Ὀχουμένην] Καθημένην, πορευομένην. Προσέβλεψε] ἔνευσεν, ἐθέασεν. Ἐτυπτόμην] ἐδερόμην. Ὅλην] δι' ὅλην. C. D'O. Bene *Kusterus*, ut versum fulciret, edi jussit προσέβλεψεν· cujus interpretandi causa quod additur in C. D'O. ἐθέασεν, sumtum est a vulgari Graecae linguae dialecto: eodem spectat *Thomae Magistri* praeceptum, Θεῶ, οὐ θέα, εἰ καί τινες γράφουσι· monere voluit, sicuti notatus *Aristophanis* versus ex Ran. 131. satis declarat, recte dici θεῶ pro θεάου, secus autem ex θεάω, θέα, licet non desint, qui communem usum secuti eum in modum scribant. Clariss. enim *L. Bos*, dum *Thomae* verba perperam tentat, in errorem incidit haud sane levem, minimeque, quid Atticus magister intenderet, perspexit. Deinde, quanquam ὅτι in scripto Codice cunctisque Edd. extare deprehendam, placet tamen, ὅτε προσέβλεψέν με τις. *Devarium* conjecturae meae si quis opponat, qui ordinem hujus locutionis talem instituit p. 399. Οὕτω σφόrunt Grammatici, quam quisque vel repererat, vel ipse finxerat scripturam secuti. Non obscure simul patet, hac decerptae ex vetustis diversarum Edd. scholiis reliquiae quam misere sint laceratae. Porro dignum est, quod observes, ἐν τοῖς ἑξῆς δράμασι· hinc liquido conficitur commentarios ad primum Plutum elucubrasse *Symmachum*, quandoquidem secundus fabularum ultima in scenam ab *Aristophane* fuit data. Simili fere modo ad v. 740. ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς παράκειται ἐκ τοῦ Θεοφράστου· neque aliter ad v. 210. *Lynceus, quemadmodum ipse Aristophanes in Danaïdibus ait, filius Aegypti*; ἐροῦμεν δ' ἐκεῖ τὰ περὶ αὐτοῦ. Plutum ergo Danaïdes in ea sive Symmachi, sive alterius Grammatici editione sequebantur. Ceterum de νιτρείῳ et βατίῳ quae *Stephanus* ex *Enarratore* nostro scripsit, Index ejus suppeditabit ad Thes. L. G. in Βατίον.

14 Ξένον μὴ μυεῖν] Ejusdem legis meminit *Schol.* ad v. 846. ut ab Eumolpo la-

νύστον· ὃ δύναται βύτον ἀντὶ τοῦ τρυφερὸν, καὶ μαλακὸν, οἷος ὁ βύτος τὸ ἰχθύδιον.

1014 Μυστηρίοις τοῖς μεγάλοις.] Ἐπεὶ ἐστι καὶ μικρὰ μυστήρια γινόμενα δι' Ἡρακλέα. Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιστὰς ἠξίου μυεῖσθαι. ἔθος δὲ ἦν τοῖς Ἀθηναίοις 14 ξένον μὴ μυεῖν· μὴ βουλόμενοι δὲ λῦσαι τὸ ἔθος, μηδὲ ἀπῶσαι τὸν εὐεργέτην Ἡρακλέα, ἐπενόησαν μυστήρια εὐμετάδοτα.

δρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν, ὥστε ὅτι προσέβλεψέ με τις etc. hec tantum dicam, illud mihi, ut alia ejus viri, cetoroqui de Graecae linguae particulis praeclare meriti, non pauca, nimis argutum videri. Praeterea *Kusterus* ἐσυντόμην ad linguae conviciorumque verbera retulit: ego cum enarratore D'O. facio ἐδερόμην explicante: ardor anus salacissimae veras plagas emti amatoris, et aemulationem commode simulantis libenter perpetiebatur, dummodo, quod caput erat rei, operam ipsi crebram navaret.

---

tae *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 1328. illam tamen aliquando migrare virorum illustrium gratia non dubitarunt olim Athenienses. Ab Hercule factum est initium: huic enim primo petenti ut morem gererent, mysteria non tantum parva sunt inventa, sed et legi sub specie juris adhibita fuit fraus, Pyliusque jussus eum sibi filium adoptare. Leviter vitiatum patris adoptatoris nomen in Epp. Socrat. XXVIII. p. 59. Ἡρακλῆς γὰρ, ὄντος νόμου τὸ παλαιὸν ἡμῖν μηδένα ξένον μυεῖσθαι, βουληθεὶς μυεῖσθαι γίνεται Πηλίου θετὸς υἱός. Pessime *Leo Allatius*, acerbus ille magnorum hominum, ad quos ne comparandus quidem, insectator, Latine vertit: *in Pelei filios se ipse adoptat*: Peleum somniasse patet, cui nullus hic locus. Hinc emendationi, qua *Tan. Faber Apollodorum* expolivit II. p. 131. firmamentum additur: pro Θέσπιος enim ex parvo *Poëtae Schol.* ad Il. Θ, 368. sine controversia legendum est, θετὸς Πυλίου παῖς γενόμενος ἐμυεῖτο· adsentitur, nomine tamen auctoris, quod saepe facit, celato, *Tho. Galeus.* Dispari fortuna vulnus idem tentavit *Sam. Petit.* Comm. ad LL. AA. p. 32. et, quanquam re consentiat, ignotam tamen ea potestate vocem θέσμιος Graeco scriptori inputavit. Idem, qui Herculi, Dioscuris etiam honos est habitus, teste *Plutarch.*

1014 Ὀχούμενον.] Ὄχος ποιητικῶς τὸ ἅρμα τὸ 15 ἐκ τῆς ἁμάξης κατεσκευασμένον, καὶ ὑπὸ τῶν ἵππων κινούμενον καὶ ὀχούμενον· καὶ ὀχοῦμαι τὸ ἐπὶ ἅρματος τοιούτου φέρομαι.

in Thes. p. 16. A. quare non satis caute *Soranus* de Hippocrate scripsit in ejus vita, δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν· praeterquam quod ea aetate jamdudum desierat legis antiquae vigor, Anacharsis quoque Soloni aequalis ἐμυήθη μόνος βαρβάρων δημοποίητος γενόμενος, ut *Theoxeni* fide refert *Lucian.* in Scyth. p. 652. Ex hoc autem Atheniensium more Diogeni Cynico, qui mysteria respuerat, patrocinium petit *Julian.* Or. VII. p. 238. B. συνεὶς ὅτι τὸν μυούμενον ἐχρῆν πολιτογραφηθῆναι πρότερον, καὶ Ἀθηναῖον, εἰ καὶ μὴ φύσει, τῷ νόμῳ δὲ γενέσθαι etc. Hi civitatis jus adepti δημοποίητοι, *Poll.* III, 56. quoniam in certam tribum demumque referebantur: Adriano Sophistae Tyrio φυλή τε ἦν καὶ δῆμος Ἀθήνησιν *Philostr.* de V. S. II. p. 588. Ptolemaeus Naucratites Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθήνησιν p. 595. Vide, quae de Plataeensibus notantur in Miscell. Observ. A. 1736. p. 324. idem in aliis civitatibus pari modo distributis obtinuit; quemadmodum Hippiam narrat *Philostratus* φυλαῖς ἐγγραφῆναι πόλεων μικρῶν τε καὶ μειζόνων. Φυλέτας δημοποιήτους reperies apud *Plutarch.* Symp. I. c. 10. Ceterum *Enarratoris* nostri loca non fugerunt *Jo. Meurs.* Eleus. c. V. Adi *Salmas.* ad *Spartian.* p. 33, 34.

15 Ἐκ τῆς ἁμάξης] Haec quid contineant, pervidere me non satis fateor. An mutandus est verborum ordo? Ὄχ. π. τὸ ἅρμα ὑπὸ τῶν ἵ. κ. καὶ ὀχούμενον, καὶ τὸ ἐκ τῆς ἁμ. κατεσκευασμένον· ut duplicem usum vocis ὄχος tradiderit. An potius ἅμαξαν intelligi voluit inferius rotisque proximum currus sive plaustri corpus fundamenti modo substratum, cui reliquae partes altius eductae innitantur; ὄχον vero et ἅρμα, *capsum curriculi*, vel *tectum arcuatum* plaustro superinpositum; quales σκηναί, ut Graeci vocare solent, in Persarum harmamaxis describuntur, de quibus egit *Scheffer.* R. Vehic. II, 17. cujus peccata nunc persequi non juvat. Nescio tamen, an clarius hoc sensu *Scholiastes* scripsisset, ἐπὶ τῆς ἁμάξης, sicut *Hesychius* in Πείρινθος et Πίρινθα, quae referenda sunt ad *Homer.* Il. Ω, 190. 267. Od. O, 131. Τὴν ὀχουμένην ἐπὶ τοῦ τεθρίπ-

Ἐπὶ τῆς ἁμάξης, ὅτι προσέβλεψέν μέ τις, 1015

015 Ἐπὶ τῆς ἁμάξης.] Αἱ γὰρ τῶν Ἀθηναίων γυναῖκες ἐπὶ
ῶν ὀχούμεναι εἰς τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια ἀπήρχοντο, ὡς ἐπὶ

κηνὴν, quod huc aptis-
quadrat, dabit *Diodor.*
XX. p. 745. D. paulo
dixerat, τοῦ δ᾽ ἅρματος
τετρακύκλου, καὶ σκηνὴν
ος. Easdem et καμάραι,
x *Herodoto* constat I,
similique modo ἅμαξαν
ρης accipio IV, 69. quan-
ibi sane multo malim
us inversis, ἁμάξης κα-
. *Hesych.* Καράμα, ἡ
ῆς ἁμάξης σκηνή· nihil
: apertum, quam vitio-
:ibi pro Καμάρα· emen-
s alibi: Κουπήϊον, καμά-
ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν γινομένη·
la tamen macula fucum
Dan. Heinsio, virum-
:ximium in originis He-
c ludibrium inpulit Not.
'orat. p. 193. Tetigit il-
ιμάρας *Is. Casaubon.* ad
. XI. p. 758. Clausi ta-
in modum undiquaque
ıarum Nomadum currus
ımplis pellibus, ut ha-
ıli mobilis usum prae-
.t: τῶν δὲ Νομάδων, in-
Strabo VII. p. 471. B.
κηναὶ πιλωταὶ πεπήγασιν
ιῖς ἁμάξαις, ἐν αἷς διαι-
ι. Interpretis vicem a-
Iippocrat. περὶ Α. Υ. Τ.
ιο. αἱ δὲ ἅμαξαι εἰσὶν αἱ
λάχισαι τετράκυκλοι, αἱ

δὲ ἑξάκυκλοι· αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι· εἰσὶ δὲ καὶ τετεχνασμέναι, ὥσπερ οἰκήματα, τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ τριπλᾶ· quod proxime sequitur, adjiciam, ut leviculo vulneri necdum, quantum memini, sanato succurram: ταῦτα δὲ καὶ σενὰ πρὸς ὕδωρ, καὶ πρὸς χιόνα, καὶ πρὸς τὰ πνεύματα· literam interpone στεγνά. Dicebantur autem, *Hesychio* teste, Καράρυες, οἱ Σκυθικοὶ οἶκοι· ἔνιοι δὲ τὰς κατήρεις ἁμάξας· non me praeterit, quid sit κατήρης, eamque vocem, haud sane tritam, aliis in locis restituere mihi posse videor: verum hic omnino refingendum puto κατηρεφεῖς· est enim κατηρεφὴς idem quod κατεστεγασμένος, σκεπαστὸς, et de contectis vehiculis usurpatur. Sed ne nos longius avehant Scythici currus. *Pollux* etiam, quas noster *Schol.* voces conjunxit X, 51. τὰ εἴδη τῶν ὀχημάτων ἰστέον, εἴτε ἅρματα, εἴτε ὄχους, εἴτε ἁμάξας, εἴτε λαμπήνας αὐτὰ προσήκει καλεῖν. Mox recte omnes Edd. ὑπὸ τῶν ἵππων· sola *Kusteriana* depravatius περί.

Ἐτυπτόμην διὰ τοῦθ' ὅλην τὴν ἡμέραν·
Οὕτω σφόδρα ζηλότυπος ὁ νεανίσκος ἦν.
Χρ. Μόνος γὰρ ἥδεθ', ὡς ἔοικεν, ἐσθίων.
Γρ. Καὶ τάς γε χεῖρας παγκάλους ἔχειν μ' ἔφη.

ἁμαξῶν οὖν ὀχουμένων αὐτῶν, ἐπὰν εἰς 16 Ἐλευσίνια βαδ
εἰς τὰ μεγάλα μυστήρια, καὶ λοιδορουσῶν ἀλλήλαις ἐν τῃ
τοῦτο εἶπεν· ἔθος γὰρ ἦν αὐταῖς τοῦτο.

v. 1018. Ἥδεθ'] Εὐφραίνετο. Ὡς ἔοικεν] ὡς φαίνεται. Ἐσθίων] ἀναλίσκων τὰ σά. Παγκάλους] ἐπιτηδείους. C. D'O. in quo librarius aberrans etiam dedit: μ' ἔφην μ' ἔχειν tum: Προτείνοιεν] δώσει ἐν αὐτῷ. Δραχμὰς] νομίσμασιν.

v. 1021 Ὄζειν] Sine variatione *Suidas* habet in Ὄζω, adjicitque, ἀντὶ τοῦ, ὀσμὴν ἡδεῖαν ἔλεγεν εἶναι ἀπὸ τοῦ σώματός μου. Existimavit igitur ὄζειν ἡδὺ idem valere, quod ὀσμὴν ἡδεῖαν εἶναι, et genitivum τῆς χρόας pendere ab intellecta praepositione ἀπό. Nonnihil hinc discedit ea ratio, quam prodidit Enarrator C. D'O. super ὄζειν adpingens ὀσμήν· quo pacto talis structurae series exibit: ἔφασκεν ὀσμὴν τῆς χρόας μου ὄζειν ἡδύ. Haec quamvis abhorrere non videantur, remanet tamen aliquid intricati, quod prorsus amotum fuerit, si pro μου leni mutatione scribere liceat με· aut, quod planiorem adhuc constructionem gignet, Ὄζειν τε τὴν ; ἔφασκεν ἡδύ μου. In vı ta lectione *H. Stephanu* quievit Th. Gr. L. T p. 1193. F. T. IV. p. E. ubi prolato *Comici* su addit: *meum corpus* ; *cutem meam suavi odor cebat redolere, id est, vem esse odorem cutis, corporis mei.*

---

16 Εἰς Ἐλευσίνια] *Sui* Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν σκώμμ ubi horum partem dc psit, similiter εἰς τὰ Ἐλ νια· defendi posse non cior: sed propter εἰς, ἐπὶ, τὰ μεγάλα μυστήρια fallor, aptius convenie Ἐλευσῖνα, quod et a *K ro* in margine libri sui tatum invenio. *Jo. Meu* Eleus. c. XXXI. posito s lii hujus initio subju *Verum errat, quod haec tum magnis facta myst putet.* Quo jure *Scholi* erroris insimuletur, non liquet.

Χρ. Ὁπότε προτείνοιέν γε δραχμὰς εἴκοσιν. 1020
Γρ. Ὄζειν τε τῆς χρόας ἔφασκεν ἡδύ μου.
Χρ. Εἰ Θάσιον ἐνέχεις, εἰκότως γε, νὴ Δία.
Γρ. Τὸ βλέμμα θ' ὡς ἔχοιμι μαλακὸν καὶ καλόν.

1022 Εἰ Θάσιον ἐνέχεις.] Ἐπεὶ ἐν Θάσῳ ᾤκει Στάφυλος ὁ ἐρώμενος Διονύσου· 17 διαφέρει γὰρ ὁ Θάσιος οἶνος. ἐνέχεις δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐκίρνας.

v. 1022 Θάσιον] Οἶνον. Ἐνέχεις] ἐκίρνας. Εἰκότως] ἔλεγε τοῦτο. Μαλακὸν καὶ καλόν] ἤπιον καὶ χαρίεν. Σκαιός] ἀπαίδευτος. Ἠπίστατο] ἐγίνωσκε. Καπρώσης] ἐρωτομανοῦς. Ταφόδια] τὰ ἀναλώματα. Κατεσθίειν] δαπανᾷν. Haec inter versus C. D'O. ad ταφόδια luculentiorem interpretationem margo praebet: Ἐφόδια λέγονται κυρίως ἃ ἔχει τις εἰς δαπάνην ἐν τῇ ὁδῷ· νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὰ περιόντα αὐτῆς πράγματα· ἐποίησε δὲ τοῦτο, ἵνα διὰ τῆς συναλοιφῆς καὶ τὰ πράγματα, καὶ τὰ κόπρια νοῶνται. Quid viderit, non est obscurum; de industria scilicet *Aristophanem* adhibuisse ταφόδια, quod aeque resolvi possit in τὰ ἀφόδια, quam τὰ ἐφόδια, ut duplicem sensum simul in animos auditorum insinuaret. Ἀφόδια vero quae sint, si quis non meminerit, ab *H. Stephano* discat Th. L. Gr. T. II. p. 1165. C. Quam bene de *Comico* nostro sit meritus commenti inmundioris auctor, judicent alii: sine illo fuisset, haud temere credo quemquam eam in cogitationem fuisse venturum. Pro κατεσθίειν *Jos. Scaliger* κατεσθίων, cui non accedo.

17 Διαφέρει γάρ] Paulo plenius *Suid.* in Ἐνέχεις· versu enim *Aristophanis* prolato subdit: ὡς τοῦ Θασίου οἴνου εὐόσμου ὄντος· ὁ γὰρ Στ. ὁ ἐρ. Δ. ἐν Θ. ᾤκει· καὶ διὰ τοῦτο δ. ὁ Θ. οἶνος. Idem in Θάσιος οἶνος propius accedit ad *Scholiastae* verba: καὶ παροιμία, εἰ Θάσιον ἐνέχεις· ἐπειδὴ ἐν Θ. ᾤκει Στ. ὁ ἐρ. Δ. ὅτι δ. ὁ Θ. οἶνος etc. Quem Staphylum *Noster* Bacchi delicias dicit, is aliis est filius, modo ne quis diversos faciat: *Ammon.* in Σταφύλη, *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 570. *Parthen.* Erot. c. I. p. 345. Argonautis adnumeran-

Χρ. Οὐ σκαιὸς ἦν ἄνθρωπος, ἀλλ' ἠπίςατο
Γραὸς καπρώσης ταφόδια κατεσθίειν. 1025

1025 Γραὸς καπρώσης 18 ταφόδια.] Ἐρωτομανοῦς, μαχλώσης, ὀρεγομένης συνουσίας τὰ ἀναλώματα, τὴν οὐσίαν. Ἔφοδος θηλυκῶς, ἡ ἐπέλευσις τινός· ἐφόδιον δὲ οὐδετέρως, καὶ ἐφόδια

tur ab Apollod. I. p. 53. Φάνος καὶ Στάφυλος Διονύσου· torsit eruditos ignorabilis ille Phanus, nullique praeterea memoratus: tu repone Φλίας, et animo conceptis majoribus literis proclivem lapsum in errorem aestima. Auctores habeo *Orph.* v. 192. *Apollon. Rh.* I, 115. *Pausan.* II. p. 125. v. 25. et p. 139. ubi Φλίας, non, quod editur, Φλείας in *Apollonii* versu scriptum. Merito *P. Burmannus* nescire se fatetur, an ab hoc Phano proverbium Φάνου θύρα sit ortum: quanquam inspexisse *Zenobium* satis erat, ne crederet; vocatur enim Phanias ille (quippe legendum est Φανίου θύρα) ὀβολοςάτης· quod ego genus hominum aetate heroum vix fuisse cognitum existimo. Staphyli nomen litera detracta corruptum in principio *Dinarchi* orationis Deliacae, Ἀπόλλωνος καὶ Ῥοιοῦς τῆς Ταφύλου apud *Dionys. Halic.* T. I. p. 188. totam eam fabulam enarrat *Diodor. Sicul.* V. p. 229. C. Vid. *Plutarch.* in Thes. p. 9.

18 Ταφόδια] Ordinem in hoc scholio veterum Edd. servavi, neque causa erat, cur quicquam mutaretur. *Kusterus* ita separaverat: Γραὸς καπρώσης] Ἐρ. μ. ὀρ. συνουσίας. Ταφόδια, τὰ ἀναλώματα etc.

19 Ὁμολογῶν] Ἀναλογῶν ante *Kusterum* omnes Edd. ut sensui serviret, restituendum duxit ὁμολογῶν· factum mallem lectore non ignaro: admisi tamen commodam emendationem; quanquam, nec forte pejus, legi poterat, καίπερ ἂν λέγων, vel, καίπερ αὐτὸς λέγων· quod quidem ultimum in D'O. C. participio φάσκων est adscriptum: utrum sit praeferendum, Codex aliquis olim decidet. In fine scholii reddere non dubitavi πρόσεκλίθη· neque enim vel sententia, vel structurae ratio satis constat in προσεκλήθη. Dicere voluit: *etenim ad justorum causam, ut qui injuriis pressi suae opis indigerent, Plutus inclinata voluntate sese adplicuit.* Eam habet vim προσκλίνειν vel προσκλίνεσθαι· nam perinde vete-

Γρ. Ταῦτ' οὖν ὁ θεὸς, ὦ φίλ' ἄνερ, οὐκ ὀρθῶς ποιεῖ,
Φάσκων βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις ἀεί.

πληθυντικῶς, τὰ ἐν τῇ ὁδῷ κυρίως γινόμενα ἀναλώματα. ἐνταῦθα δὲ ἁπλῶς λέγει τὰ ἀναλώματα.

1027 Φάσκων βοηθεῖν.] Καίπερ 19 ὁμολογῶν βοηθεῖν τοῖς

res utrumque usurpant. *Agatharch.* apud *Athen.* XII. p. 528. A. προσέκλιναν ταῖς Μιθριδάτου ἐλπίσι. *Suid.* in Φιλόχορος· διεβλήθη προσκεκλικέναι τῇ Πτολεμαίου βασιλείᾳ. *Comici* Schol. ad Nub. v. 360. προσκλῖναι τῇ ἀρετῇ τὸν Ἡρακλέα, in illa nobili Virtutis Voluptatisque scena Prodicia. Alterum dabit *Epiphan.* Panar. p. 728. D. οἱ μὲν προσεκλίθησαν Ἀρείῳ, ἕτεροι δὲ Κολούθῳ· alibique saepe. *Clem.* Ep. I. ad Corinth. §. 47. προσεκλίθητε γὰρ Ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις· praecedit: διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι· ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἐκείνη ἧττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσήνεγκε· unde simul adparet, in eo, quod sequitur apud *Epiphanium*, non esse dubitandum cum *Petavio*, quin legi debeat, ἐκ τῆς προσκλίσεως, καὶ ἐπαίνου δὲ τοῦ παρ' αὐτῶν. Nec rara sunt ejusdem corruptelae exempla, et multis in locis jamdudum ab eruditis hominibus animadversa. *Casaubonum* vide ad *Diogen.* L. I. 40. Ex uno MS. πρόσκλισιν *Kusterus* apud *Suidam* reposuit in Αἵρεσις, quae πρόκλησις erat in ceteris et Codd. et Edd. similiter in *Sext. Empir.* P. H. I. §. 18. *H. Stephanus*, et in *Memnonis* Excerptis apud *Phot.* Bibl. p. 382. v. 16. ὁ δὲ ἕρμαιον τὴν πρόσκλισιν ἡγησάμενος· ubi causa non erat, cur priscam glandem frugibus inventis praeferret *Hoeschelius*: melius, quam paulo reconditiora plerumque solet, Latine vertit *Andr. Schottus*: *qui in lucro ponens hanc ad se inclinationem.* Optimo jure *Sylburgius* idem vocabulum redonavit *Clem. Alex.* Str. II. p. 469. v. 34. διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν εἰδώλων ἀποχῆς, καὶ τῆς πρὸς τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων προσκλίσεως· oppositum ἀποχῇ emendationis verae documentum praebet: doctissimum itaque *Potterum* non probo, qui *Philonis* Judaei verbis, illis quidem simillimis, sed in aliam structurae speciem conformatis, inductus προσκληρώσεως anteposuit. *D. Pauli* κατὰ πρόσκλισιν I. ad Timoth. V, 21. multi veteres libri κατὰ πρόσκλησιν

Χρ. Τί γὰρ ποιήσει, φράζε, καὶ πεπράξεται.

Γρ. Ἀναγκάσαι δίκαιόν ἐςι, νὴ Δία,

Τὸν εὖ παθόνθ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ πάλιν μ᾽ ἀντευποιεῖν· 1030

Ἢ μηδ᾽ ὁτιοῦν δίκαιον ἀγαθόν ἐς᾽ ἔχειν.

ἀδικουμένοις, τοὐναντίον ποιεῖ, ἐκείνου τοῦ ἀδικοῦντός με προϊσάμενος· ἐπειδὴ τοῖς δικαίοις, ὡς ἀδικουμένοις, προσεκλίθη.

1031 Ἢ μηδοτιοῦν δίκαιον.] Ἢ δίκαιόν ἐςι μηδ᾽ ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἔχειν τὸν νεανίσκον.

v. 1030 Μ᾽ ἀντευποιεῖν] Γ᾽ ἀντ᾽ εὖ (καλῶς) ποιεῖν. C. D'O. Frequentant solutum illum scribendi morem in ejusmodi compositis veteres membranae: particula vero praeferenda sit, an pronomen, exhibent; quod ego summo opere miror placere potuisse *Jo. Millio* Proleg. §. 749. quasi nota potestate, et quam testibus idoneis firmare non sit necesse, significaret, *ex factione.* Id quidem, me judice, prorsus absonum, ut satis intelligere licet tum ex *Clementis* Ep. I. ad Corinth. §. 21. τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φοβουμένοις τὸν θεὸν ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν· tum ex iis, quae *Suicerus* observavit in Thes. Eccles. praeter quem omnino vide virum et literarum studiis florentissimum, et nobis amicissimum *Joh. Alberti* ad Gl. Gr. in S. N. F. L. p. 157. Eandem viam nihilominus ingressus est A. A. V, 36. ubi προσεκλήθη non paucorum Codicum, quod ex genuino προσεκλίθη corruptum peperisse videtur publicatam lectionem προσεκολλήθη, accepit, *in cujus factionem adtractus est, cui adscitus est ceu belli socius.* Haec scilicet nullo nixa fundamento sponte cadent, nec facile suffragatorem sunt habitura. Longe plura poterant proferri: sed ad correctionem nostram stabiliendam dixi plus satis. Sciendum vero, quamvis Historicis valde sit frequens, rarissime tamen apud germanos scriptores Atticos illum usum inveniri τοῦ προσκλίνειν καὶ προσκλίνεσθαι.

Χρ. Οὐκοῦν καθ᾽ ἑκάστην ἀπεδίδου τὴν νύκτα σοι;
Γρ. Ἀλλ᾽ οὐδέποτέ με ζῶσαν ἀπολείψειν ἔφη.
Χρ. Ὀρθῶς γε· νῦν δέ γ᾽ οὐκ ἔτι ζῆν σ᾽ οἴεται.
Γρ. Ὑπὸ τοῦ γὰρ ἄλγους. κατατέτηκ᾽, ὦ φίλ-
τατε. 1035
Χρ. Οὐκ, ἀλλὰ κατασέσηπας, ὥς γέ μοι δοκεῖς.
Γρ. Διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ᾽ ἂν διελκύσαις.

1036 Ἀλλὰ κατασέσηπας.] Ὑπὸ τοῦ γήρως καὶ τοῦ χρόνου· γελοίου δὲ χάριν οὐ κατατέτηκας εἶπεν, ἀλλὰ κατασέσηπας.

vix decerno. Πεπράξεται] πραχθήσεται. Ἀναγκάσαι] βιάσασθαι. Νή] μά. Scribi debuit βιάσασθαι.

v. 1031 Ἢ μηδ᾽ ὁτιοῦν] Οὐδόλως· ἢ δίκαιον ἐστὶ μηδὲν ἀγαθὸν ἔχει (l. ἔχειν) τὸν νεανίσκον δηλαδή. C. D'O. Eadem fere reperias in Scholiis editis. Mollius autem hujus versus structura paulo intricatior fluet, si binarum vocum sedem mutaveris: Ἢ μηδ᾽ ὁτιοῦν δίκαιόν ἐστ᾽ ἀγαθὸν ἔχειν· vel, Ἢ μηδ᾽ ὁτιοῦν ἀγαθὸν δίκαιόν ἐστ᾽ ἔχειν· vulgato utrumlibet antepono. *Frischlinus* verborum mentem satis claram non est adsecutus.

v. 1032. Οὐκοῦν] Τὸ λοιπόν. Ἀπεδίδου] τοὺς μισθούς. C. D'O.

v. 1034. Ὀρθῶς γε] Ἀληθῶς λέγεις. Οἴεται] νομίζει. Ἄλγους] τῆς λύπης. Κατατέτηκ᾽] λέλυμαι, ἰσχνὴ γέγονα. C. D'O. qui supra γ᾽ οὐκέτι adscriptum habet γὰρ, sic ut dignosci vix possit, utrum γ᾽ mutari voluerit in γὰρ, an illi particulae hanc alteram addiderit explicandi causa; quod verius videtur: solent enim interdum Grammatici τῷ γε nonnullis in locis vim causalem adtribuere: atque ita *Devarius* proferens ex *Aristoph.* Pac. v. 1299. κατήσχυνάς γε τοκῆας· quanquam ibi τοκήων in cunctis Edd. ostendatur: nec *Kusteri* factum probo, qui clanculum illud γε nulla MSS. auctoritate nixus in τε mutatum ivit. Mox τοῦ v. 1035. indignante metro praetermissum in C. D'O. proximo versu, ὥς γ᾽ ἐμοί.

v. 1037 Διελκύσαις] Διαβιβάσαις. C. D'O. Apud *Zenobium* c. III. n. 18. corrupte legitur εἰσελκυσθῆναι pro ἑλκυσθῆναι, quod *Diogenianus* et

Χρ. Εἰ τυγχάνει γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλία.

1038 Ὢν τηλία.] Κοσκίνου κύκλος, ἢ σανὶς πλατεῖα, ἐφ'

Suidas habent, vel διελκυσθῆναι. Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. XXIV.

v. 1038 Ὁ δακτύλιος] Ὁ γῦρος. Τηλία] κοσκινόγυρος. C. D'O. Γῦρος *circulum, orbem* significat: *Onomast. vet. Spirae,* γῦροι. Latinum *gyrus* inde manat, et antiquitatem Graeci vocabuli testatur: γυρόθεν, quod frustra apud Lexicorum conditores quaeras, *Libanius* usurpat T. II. p. 111. D. Περιγυρὶς idem quod περιφέρεια, ut *Hesychius* docet: quam ego vocem depromtam arbitror ex aliquo Pythagoreae vel Ionicae familiae philosopho. Παραγύρως ignotum itidem Lexicis adverbium apud eundem reperies in Διαμπερές· quam interpretationem mihi persuasi referendam esse ad Od. Ξ, 11. erit autem παραγύρως, si legem Graeci sermonis consulas, quum res quaecumque ea ratione movetur, ut circulum interius aut exterius rotatione proxima radat: minus enim adcurate *Jo. Ant. van der Lind.* Med. Phys. p. 649. *circulariter* exponit, quod dicendum potius foret περιγύρως· deterius tamen accepit *Rufi* de coxis agentis κοιλότητας οὐ διαμπερεῖς, βαθείας, quae minime sunt *cavitates non prorsus circulares, sed, non pertusae, neque perviae,* quanquam alioqui profunditatem habeant. Vetus verbum et paene obsoletum Graeci recentiores, sicuti non raro solent, in usum communem revocarunt: ab iis itaque γῦρος non pro circulo tantum, quod notat *Eustath.* ad Od. T. p. 1864. ὅτι δὲ γῦρος βαρυτόνως οὐ μόνον κοινότερον ὁ κύκλος etc. sed etiam pro *annulo* ponitur: in *Rabolio* MS. χρυσοῦν γῦρον φορεῖν. *C. Du Cangius* hanc vocem intactam praeteriit, in Appendice tamen κοσκινόγυρον repraesentans ex Glossis interlinearibus MSS. in *Aristoph.* Plut. Porro legitur in C. D'O. Εἰ τυγχάνει δ' ὁ δακτύλιος· verum imminet τῷ δ' eadem manu superpositum γ', quae quidem particula melius ad hunc locum quadrat. Τυγχάνοι cur mallet *Kusterus*, causa non erat: utrumvis aeque ex usu linguae Graecae ponere licebat.

---

20 Συμβάλλεται] Ex his

ἀλφιτ[illegible] ποιοῦσιν. ἐν δὲ τῷ Ὑπομνήματι οὕτως· τοῦτο τί ἐστιν οἶδα· ὅτι δὲ 20 συμβάλλεται ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος, οἶδα· ῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ ῖι. τινὲς δὲ τηλίαν ξύλον φασὶ πλατύ, εἰς ὃ οἱ ἀρτοκόποι ἄρτους ἐπιξηραίνουσιν. ἄλλοι δὲ τηλίαν τὸ τῆς καπνοδόχης

us exsculpi nullus pot- quo indicio facile cor- elam subesse deprehen- nihil aliud suppetit, n ut de conjectura re- ium arcessamus. Legen- ι existimo, ὅτι δ' ἀμφι- λεται· Scholiastae mens illud vocabulum quid ignoro; ambiguum au- esse significationisque roversae, hoc scio. Ἀμ- λλεσθαι dicuntur a Gram- eis ea, quae in dispu- nem cadunt; de quo- vera potestate dissensio τὰ ἀμφιβαλλόμενα, quae it etiam τὰ διστάζόμενα ri. Minus est, quam liastes, corruptus He- ius in Κουράς· παρὰ δὲ ύλῳ ἐν Μυρμιδόσιν ἀμφι- ιεται, ἐν κουράδι. quae ius intelligentur, si com- ιs eundem in Ἐγκουρά- Inde autem major est ndationi nostrae fides, l paulo post alter Scho- es pariter moneat, τη- hoc loco aliquid ἄκο- et quod difficulter ex- as, habere; porro autem catius fieri, si Eupoli- accesserit dictum. Non ro nunc, quo jure Ve- ι inexplicabilem paene ım in hac voce sibi fin- nt; docebimus alias, ni- hil fuisse causae, cur se tanto opere torquerent: suf- ficit in praesenti, hoc in- super argumento conjectu- rae nostrae rationem firmius constare. *Suidas* in Τηλία missis difficilioribus, quae ad Eupolidem spectabant, *Scholiasten* fere totum de- scripsit, sed orsus a postre- mis, et, ut credi par est, sui exemplaris ordinem se- cutus: pro istis καὶ δὴ καὶ ἰδίως ille simpliciter, ἐκαλεῖ- το δὲ τηλία. In fine servat ἐν τούτῳ, cujus vice malim ἐν τοιούτῳ· *coturnices etiam, inquit, in tali consepto, quale nimirum erat farina- riorum in foro, committe- bant: Pollux* adminiculatur IX, 108. quum scribit, καὶ τηλίᾳ μὲν ὁμοίᾳ τῇ ἀρτοπώλι- δι κύκλον ἐμπεριγράψαντες ἐνί- στασαν τοὺς ὄρτυγας ἐπὶ ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς ἀλλήλους· alioqui foret intelligendum illud ipsum περίφραγμα fo- rense. Tum redit ad ini- tium Scholii: Ἄλλως· σανὶς πλ. ἐφ' ἧς ἀλφιτοποιοῦσιν· τι- νὲς δὲ τ. ξ. φ. πλ. εἰς ὃ τι- θέασιν οἱ ἀρτοκόποι τοὺς ἄρτους ἐπὶ τῷ ξηραίνεσθαι, ἄλλοι δὲ τ. τῆς κ. τὸ πῶμα, ὅ ἐστι πε- ριφερές. Hic jam, ut versum *Aristophanis* interponeret, in Scholio quiddam habuit in-

πῶμα, ὅ ἐστι περιφερές. Φησὶν οὖν, ὅτι διὰ δακτυλίου ἑλκυσθείης, ἐὰν ᾖ ὁ δακτύλιος τηλία. τοῦτο δὲ ὡς παχείας αὐτῆς οὔσης, καὶ μὴ δυναμένης διὰ δακτυλίου ἑλκυσθῆναι, ἀλλὰ διὰ τηλίας. Ἄλλως. Τηλία ἔχει μέν τοι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον· ἐὰν δὲ τὸ ἐν Μαρικᾷ προστεθῇ, ἔνθα εἰς τηλίαν φησὶ τὰ τοῦ Ὑπερβόλου ὀστᾶ ἐμβεβλῆσθαι, ἀπορώτερον ἔσται· ζητητέον οὖν· τηλία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀτρύπητος σανίς· ἐὰν δὲ τρυπηθῇ, ἀψὶς γίνεται. λέγει οὖν,

mutandum: Φησὶν οὖν ἡ γραῦς ἐν Ἀριστοφάνους δράματι, Διὰ δ. . . . . διελκύσαις· ὁ δέ, ὅτι ἑλκυσθείης ἄν, ἐὰν ᾖ δακτύλιος τηλία· τοῦτο δὲ εἶπεν, ὡς παχείας οὔσης, καὶ μὴ δ. δ. ἑ. ἀλλὰ τηλίας· ἡ τηλία μέν ἐστιν ἡ ἀτρ. σ. ἐὰν δὲ τρ. ἀ. γίνεται. Haec ad *Suidam* publicatum exegimus: nunc proferre juvat variationes vetusti praestantissimique codicis L. Batavi: is primum, prorsus ut *Scholiastes*, καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο· deinde: ἄλλοι τηλίαν τῆς καπνοδόκης τὸ πῶμα, ὅτι ἐστὶ περιφερές· ista si forte parvipendas, majoris sunt momenti, quae tum sequuntur: Φησὶν οὖν, ὅτι διὰ δακτυλίου ἑλκυσθήσει (ἑλκυσθείης), ἐὰν ᾖ ὁ δακτύλιος τηλία· τοῦτο δέ, ὡς παχείας οὔσης καὶ μὴ δυναμένης διὰ δακτυλίου ἑλκυσθῆναι, ἀλλὰ τηλίας. Ἀριστοφάνης. ἡ τηλία μὲν ἐστὶν ἡ ἀτρ. σανίς· ἐὰν δὲ τρυπηθείη, ἀψὶς γίνεται. Τηλία, πῆγμα τετράγωνον, ἐφ' οὗ ἦγαι τὰ ἄλφιτα πιπράσκεται, ἢ ἀλεκτρυόνες συμβάλλονται. καὶ περιφέρεια τοῦ κοσκίνου. Ἀριστοφάνης· Διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσαις· ἐπὶ τῶν πάνυ λεπτῶν· ὁ δὲ ἀντείρηκεν, Εἰ τυγχάνοι δακτύλιος ὢν τηλία· quae et luculentiora vulgatis esse, et meliora nemo diffitebitur. Sed vereor, ne quis diligentiam mihi vitio vertat in his conferendis paene nimiam. Pro τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ σανίδι, quanquam *Suidas* conveniat, praeferam, ἡ πλατείᾳ σανίδι· praeterea placet in sequentibus: τηλία ἔχει μέν τι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον, et, τῆς τηλίας τὸ τρύπημα. Hyperbolum Eupolidei Maricae nomine designari ex *Quintiliano* constat I. O. I, 10. p. 106. eademque de re saepius monuit *Scholiastes* noster; verum quum ad hunc locum ex diversis commentariis adnotetur, τηλίας ea in fabula fieri mentionem, idque plus una vice factum non videatur, rationem inire vix possum, qua Enarratorem utrumque conciliem: unus enim nihil aliud, quam Hyperboli matrem ibi cum τηλίᾳ comparari scribit; alter, Hyperboli ossa in τηλίαν esse conjecta: quod quale sit, intellectu perquam est difficile, quo-

ὅτι εἰ μὴ ὁ δακτύλιος τοσοῦτον ἔχει τρύπημα, ὡς δοκεῖν εἶναι ἐν τηλίᾳ τὸ τρύπημα. Ἄλλως. Τηλία σανὶς ἡ λεγομένη κάρδοπος· τηλία δὲ ἡ σηλία, ὥσπερ τὸ σήμερον τήμερον. καὶ δὴ καὶ ἰδίως ἐκαλεῖτο τηλία περίφραγμα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν ᾧ ἄλφιτα ἐπιπράσκοντο· καὶ ὀρτυγοτρόφοι τοὺς ὄρτυγας συνέβαλλον ἐν τούτῳ.

niam vivente adhuc Hyperbolo, nisi plane fallor, Maricas in scenam fuit datus. Fateor huic nodo me non esse solvendo, nisi Comicum aliquem jocum hic latuisse statuas, qui matrem Hyperboli fecerit τηλίαν, in quam ossa filii fuerunt congesta. Singulare vero et animadvertendum, quod ex *Theopompo* tradit *Schol. Lucian.* ad Tim. p. 145. Sami per insidias Hyperbolum ab inimicis interemtum, τὸ δὲ νεκρὸν αὐτοῦ εἰς σάκκον βληθὲν ῥιφῆναι εἰς τὸ πέλαγος· idem plures Comicos enumerat, qui hominum inpurum dignis modis lacerarint. De Hyperboli vero matre, eam in Eupolidis comoedia fuisse vexatam liquido patet ex Nub. v. 550. In *Scholiastae* verbis ad illum versum et 557. ut mihi quidem videntur, valde contaminatis conjecturam periclitabor, si forte solertioribus praeluceat. Primum lego: Καὶ τὴν μητέρα] Τὴν Ὑπερβόλου, τὴν δοιδυκοῦσαν, aut, δοιδυκίζουσαν ἐν ταῖς Ἀρτοπώλισιν, (Hermippi satis apud veteres celebris est haec fabula) ἵνα (id propius est literas, quam vel ὅπου, vel ἔνθα) πολλὰ κατ' αὐτοῦ εἶπεν Ἕρμιππος· frustra fore credo, qui nuda distinctione opem ferre scripturae vulgatae studuerit. Deinde istorum, quae ad alterum versum notantur, percipi poterit sententia, modo reponas: ἔοικε δὲ τὸ κατὰ τὰς Ἀρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. Nunc corollarii loco τηλίαν *Hierocli* restituam in Hippiatr. p. 4. ubi muli istius vetuli, cujus, tribules suos ad laborem instigantis, fidelem operam populi scito cohonestaverant Athenienses, historia refertur: μηδένα δὲ τῶν πυροπωλῶν ἢ κριθοπωλῶν ἀπελαύνειν αὐτὸν τῆς ἑστίας, ἢ ἀπείργειν αὐτὸν τῆς βρώσεως. In sedem τῆς ἑστίας, quae quidem frumentariorum erat nulla in foro, succedat τῆς τηλίας· ne quid dubii relinquatur, *Aristotelem* audi Z. I. VI, 24. ubi rem eandem enarrat: ὡς ἐψηφίσαντο μὴ ἀπελαύνειν αὐτὸν τοὺς σιτοπώλας ἀπὸ τῶν τηλιῶν.

Γρ. Καὶ μὴν τὸ μειράκιον τοδὶ προσέρχεται,
Οὗπερ πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω· 1040
Ἔοικε δ' ἐπὶ κῶμον βαδίζειν. Χρ. Φαίνεται·
Στέφανόν γέ τοι καὶ δᾷδ' ἔχων πορεύεται.

1039 Καὶ μὴν τὸ μειράκιον.] Πρόεισιν ὁ παῖς στεφάνους κομίζων τῷ Πλούτῳ διὰ τὸ πεπλουτηκέναι.

1043 Ἀσπάζομαι.] Ὡς διὰ χρόνου αὐτὴν ἀσπαζόμενος φησί.

v. 1040 Οὗπερ] Οὗτινος. Πάλαι] πρὸ ὀλίγου. Ἔοικε] φαίνεται. Κῶμον] μέθην. Ἔχων] κρατῶν, φορῶν. C. D'O. Quod autem κῶμον interpretetur μέθην, id paulo dilucidius explanat observatio ad paginae sequentis marginem adscripta: Τὸ ἐπὶ κῶμον βαδίζειν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ μέθην· ὁ γὰρ μεθύων ἐπὶ μέθην βαδίζει (haud scio, an recte dederim ultimam verbi syllabam inpeditioris figurae ductu expressam) αὐτῷ τῷ μεθύειν· καὶ οὐκ ἔστιν ἡ βάδισις αὐτοῦ οὐχ ἕτερον ἢ μέθη. Quae cujus sint pretii, dicere nihil adtinet: melius *Schol. Theocr.* ad Eid. III, 1. ubi meminit hujus versus. Κῶμον tamen sodalis et tantum non adsidua comes μέθη· quare passim junguntur, ut monuit *Des. Herald.* Anim. in *Salmas.* Obs. ad J. A. et R. VI, 7. §. 3. Vide praeterea *L. Bos* Exerc. Phil. in Ep. ad Rom. XIII, 13. qui hoc nostri *Comici* loco utitur.

21 Ὡς ἐν ἔρωτι] Non intercedo, quin locum retineat, dummodo apte possit explicari; quod mihi quidem perdifficile fore videtur. Interea nihil succurrit propius, quam ut ὡς ex otiosa praecedentis syllabae repetitione ortum statuamus, ἐν ἔρωτι vero mutetur in ἐπερωτᾷ, quod frequens, vel ἀνερωτᾷ, ut in *Libanii* Decl. VI. p. 304. D. καὶ διεξέρχεται μέχρι τῶν θάμνων ἀνερωτῶσα. Hujusmodi emendationem sensus paene flagitat: anus insolita salutatione perculsa, sermone juvenis interrupto, subito rogat, τί φησιν; Illud autem Scholiastae ἄτοπον τῆς προσρήσεως eo spectare mihi videtur, quod veteres ἀσπάζεσθαι aliquando usurpent vel de iis, qui ex longo tempore peregre redeuntes suos salutant, vel quum abituri amicis valedicunt: quod *Phrynichus* ostendit, repudiato ἀποτάσσομαί σοι,

ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

Τρίμετροι Ἰαμβικοί.

Νεανίας. Γραῦς. Χρεμύλος.

Ἀσπάζομαι. Γρ. τί φησιν; Νε. ἀρχαία φίλη,

ύων δὲ οὐ λέγει, χαῖρε· ἡ δὲ διὰ τὸ ἄτοπον δοκοῦν τῆς
τρήσεως 2 ὡς ἐν ἔρωτι, τί φησιν. Ἀσπάζομαι. Κορωνὶς
α ὁμοία. οἱ δὲ στίχοι ἰαμβικοὶ τρίμετροι ἀκατάληκτοι πεν-
ντα ἕξ, ὧν τελευταῖος,

. 1043 Ἀσπάζομαι] Προσ-
γγομαι. Πολιά] πεπολιω-
. Ταχὺ] ταχέως. Τά-
α] ἀθλία. C. D'O. qui
ιe praefert illud ὕβρεως,
d primus in *Aristopha-*
Kusterus intulit: nam
ionem Ionicam ὕβρεος vel-
le compacto tenent Edd.
quae, si solam excipias
stelaedamensem minoris
aae, quae ὑβρίος dedit.
or *Kusterum* metri cal-
issimum admisisse ὕβρεως,
pacto versus interit.
veterem scripturam, li-
Ionica species in Attica
a parum deceat, move-
ιon sustinui, neque aliam
n reperi, qua versui pro-
erem.

---

ndum esse monens ἀσπά-
ι σε· οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἀρ-
ι εὑρίσκονται λέγοντες, ἐ-
ὶν ἀπαλλάττωνται ἀλλή-
Omnino similis est
ο in χαίρειν, quo usi
unt prisci, οὐ μόνον, in-
quit *Suidas*, τὸ πρῶτον ἐν-
τυγχάνοντες, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ
καὶ διαλυόμενοι ἀπ' ἀλλήλων,
ἀντὶ τοῦ ὑγιαίνειν καὶ ἐῤῥῶσθαι,
χαίρειν διεκελεύοντο ἀλλήλους.
Dum his chartae mandandis
vaco, copia mihi facta est
Codicis ditissimae Bibliothe-
cae LBatavae manu descri-
pti, qui Plutum *Aristopha-*
nis et Nebulas complectitur
cum interpretationibus ad
singulos versus insertis, et
Scholiis notae recentioris in
marginem conjectis: depro-
mam inde, quae ad ἀσπάζο-
μαι observata inveni, qui-
bus partim conjectura mea
firmatur, partim suspicio
corruptelae majoris injici-
tur: Ἀσπάζομαι] ὡς διὰ χρό-
νου ἰδὼν αὐτὴν, ἀσπάζομαι φη-
σὶ, καὶ οὐ χαίρεις· (l. χαῖρε,
vel χαίροις) ἡ δὲ, διὰ τὸ ἄτο-
πον δοκοῦν τῆς προσρήσεως, ἐν
ἔργῳ τι φησί· τάλαιν' ἐγὼ τῆς
ὕβρεως ἧς ὑβρίζομαι. Omitti
vides istud ὡς, quod rese-
candum putavi: in ἔργῳ con-
sona γ eum in modum est

Πολιὰ γεγένησαι ταχύ γε, νὴ τὸν οὐρανόν.

Γρ. Τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος, ἧς ὑβρίζομαι! 1045

Χρ. Ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι.

Γρ. Ποίου χρόνου, ταλάνταθ'; ὃς παρ' ἐμοὶ χθὲς ἦν.

Ὥσπερ λεπὰς, τῷ μειρακίῳ προσίσχεται.

Μετὰ δὲ τὸν δέκατον στίχον, κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον βραχυκατάληκτον. ἔστι δὲ βραχυκατάληκτον, ὡς εἴρηται, τὸ λειπόμενον ὅλου ποδὸς πρὸς ἀπαρτισμὸν τῆς συζυγίας τῶν ποδῶν, ἢ τοῦ μονομέτρου τυχὸν ἢ τοῦ διμέτρου. ἐπὶ τῷ τέλει κορωνὶς, καὶ ἑξῆς τὸ χοροῦ αὖθις. ἐχρῆν γὰρ κἀνταῦθα θεῖναι χορὸν εἰσιόντων ἐντὸς τῶν ὑποκριτῶν, ἄχρις ἂν τις ἕτερος ἐπέλθοι ὑποκριτής.

v. 1046 Ἔοικε] *Φαίνεται ὁ νεανίας.* Ἑωρακέναι] *θεάσασθαι.* C. D'O. qui ad *τοὐναντίον* v. 1048. adjectum habet *ἄστριφον*, an *ἄστυφον*· utrum enim sit, propter ductus literarum minus exactos liquido discernere mihi non licet: quod tamen ego quo valeat, nullus intelligo.

v. 1049 Ὀξύτερον] *Διορατικώτερον.* C. D'O. In D'O. vitiose scribitur *βλέπειν*.

v. 1050 Ἀκόλαστος] *Αἰσχρὸς, ἀναίσχυντος.* C. LB. doctius D'O. *οὐκ ἔστιν ὅτι ἀπαίδευτος*· nam, ut *Etymologus* observat p. 50. v. 57. *ἀκόλαστος κυρίως ὁ ἀπαίδευτος, παρὰ τὸ μὴ κολάσεως τετυχηκέναι, τουτέστι, παιδείας.* Ἀπαιδεύτους et *ἀμαθεῖς* eos etiam Graeci vocant, qui moribus sunt rusticis et parum politis;

---

erasa, ut tamen perspicue vestigium adpareat. Si quis prioribus utendum existimet, ut sententia integrius procedat, non equidem abnuo: *ὡς διὰ χρόνου ἰδὼν αὐτὴν, ἀσπάζομαι, φησί· μεθύων δὲ οὐ λέγει, χαῖρε*· in fine quae porro sequuntur *ἐν ἔργῳ* etc. ex corruptis, ut credo, corruptius descripta, nihil offerunt, quod me conjecturam meam deserere cogat, aut commodius emendandi ansam porrigat. Ut mox, *ἄχρις ἂν τις ἕτερος ἐπέλθοι ὑποκριτὴς*, sic ad v. 851. *ἄχρις ἂν τις ἐπέλθῃ ὑποκριτὴς ἕτερος*· solent alioqui crebrius adhibere *ἐξέρχεσθαι, ἐξιέναι· προέρχεσθαι, προϊέναι.*

22 *Μεθύων δὲ φησι*] Haec erant in Edd. cunctis ordine perverso posita: *με-*

Ἱερ. Τοὐναντίον πέπονθε τοῖς πολλοῖς ἄρα·
Μεθύων γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὀξύτερον βλέπει.
Γρ. Οὐκ, ἀλλ' ἀκόλαςός ἐςιν αἰεὶ τοὺς τρόπους. 1050
Νε. Ὦ Ποντοπόσειδον καὶ θεοὶ πρεσβυτικοὶ,

1049 Μεθύων γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὀξύτερον βλέπει.] Οἱ γὰρ μεθύοντες οὐχ ὁρῶσι. παίζει οὖν, ὅτι ὀξέως ἐθεάσατο τὰς πολιὰς αὐτῆς ὁ νέος, ἀμαυροῦσθαι ὀφείλων τὴν ὄψιν ἐκ τῆς μέθης. 22 μεθύων δέ φησι, ἐπειδὴ ἐπὶ κῶμον ἀπήει, ὡς ἔφη. τοὐναντίον δὲ, ἴπε, τοῖς ἄλλοις πέπονθεν, ἐπειδὴ νήφων οὐκ ἔγνω, ἀλλὰ μεθύων, γραῦν οὖσαν.

1051 Ὦ Ποντοπόσειδον.] Ὦ Πόντιε Πόσειδον. θεοὶ δὲ πρεσβυτικοὶ, οἱ τοῖς πρεσβύταις ἐφιςάμενοι θεοί· ἐπειδὴ καὶ ὁ Πο-

uemadmodum contra πεπαιευμένοι non eruditi solum loctrinisque exculti, sed et iumanitatis atque officiorum oleni: est nonnunquam, ubi proxime ad hanc vim ἀκόλαςος accedat. Haec autem anus, ira per amorem defervescente, ita proloquitur, ut factam sibi injuriam, quam fuerat conquesta, excusare jam incoeptet. Verum protulit *Suidas* in Ἀκόλαςος, loco valde conturbato, cui post *Kusteri* conaum integritatem adhuc deesse credo.

v. 1051 Ὦ Ποντοπόσειδον] θεῦ βασιλεῦ τοῦ πόντου. Πρεσβυτικοί] γεροντικοί. C. D'O. quod posterius etiam adscriptum in C. LB. Idem, τῶν ῥυτίδων] τῶν ῥυτιδωμάτων· quae vox Lexicis adhucdum ignota videbatur excerpenda.

θύων δὲ ἔφη . . . . ὥς φησι. Rem facilem et per se manifestam confirmat Scholium orae LB. Codicis inscriptum: Εἰκότως φησὶ τοῦτο οὕτω προσιόντα τὸν νέον ἰδών· οἱ γὰρ μεθύοντες μάλιστα οὐχ ὁρῶσι. παίζει οὖν, ὅτι ταχέως ἐθεάσατο τὰς πεπολιωμένας αὐτῆς τρίχας ὁ νέος ἀμαυροῦσθαι ὀφείλων τὴν ὄψιν ὑπὸ τῆς μέθης. Μεθύων δὲ ἔφη, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ κῶμον βαδίζειν ἀνωτέρω εἴρηκεν. Horum sensus ab edito scholio non discrepat: sed eo descripsi, ut pateret, quomodo recentiorum explicationes, faciles illae nullisque antiquorum testimoniis oneratae, verbis tantummodo mutatis, re eaedem diversos in libros referantur.

Ἐν τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχει! Γρ. Ἆ, ἆ,
Τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερ'. Χρ. Εὖ μέν τοι λέγει·

τειδῶν τῶν πρεσβυτέρων θεῶν· καὶ οὐχ ὅμοιός ἐστι Διονύσῳ ἢ Ἀπόλλωνι. 23 τὸ δὲ Ποντοπόσειδον ἀπὸ τοῦ πόντου, ὦ μέγιστε Πόσειδον. καὶ Σώφρων γάρ φησι, πόντος ἀγαθῶν, πλῆθος καὶ μέγεθος θέλων σημαίνειν. Ἄλλως. Ἐπεὶ γραῦς ἐστιν, ὡς τοῦ ὅρκου τούτου πρεσβυτῶν ὄντος. ἢ οὐ πάντως, ἀλλ' ἐν παιδιᾷ μετ' ἐκπλήξεως φαίνεται, καὶ μεγάλης τινὸς ἐμφάσεως, χρῆσθαι τούτῳ.

v. 1052 Ἆ, ἆ] Ἐπιφώνημα, ἐπίῤῥημα ἐκπλήξεως. C. D'O. ἐπίῤῥημα ἐφεκτικόν. C. LB. In illo macula sequenti versui adspersa, in quem scilicet compingere voluit librarius exclamationem ἆ ἆ. nec in altero nihil est eandem ob causam peccatum: sed haec tanti non sunt, ut commemorentur. Uterque servat accentum circumflexum: verum operae pretium est audire, quae *Suidas* ex vetustioribus vel scholiis ad hunc locum, vel Grammaticis exposuit: Ἆ ἆ παρ' Ἀριστοφάνει ἐπίῤῥημα μετ' ἐκπλήξεως καὶ παρακελεύσεως. Ἆ ἆ, τὴν δᾷδα μή μοι πρόσφερε. τὸ ἆ ἆ κατὰ διαίρεσιν ἀναγνωστέον, οὐ καθ' ἕνωσιν· ἀλλὰ καὶ ψιλωτέον ἀμφότερα. Εἰ γὰρ ἓν μέρος λόγου sterius est auctoris, et melioris notae. Breviter *Suidas* et obscure in Πόντος· καὶ παροιμία, Πόντος ἀγαθῶν, ἐπὶ τῶν πολλῶν ἀγαθῶν καὶ μεγάλων· ὥσπερ, ἀγαθῶν θάλασσα. Ἀριστοφάνης. Ὦ Ποντοπόσειδον, ἀντὶ τοῦ, μέγιστε Πόσειδον· ἀπὸ τοῦ πόντου μεταφορικῶς. Praecedenti simillimum exhibet margo C. LB. Θεοὶ πρεσβυτικοί· οἰκεῖον τῇ γραῒ λέγειν τοῦτο τὸν νέον· καὶ γὰρ γέροντες γέρουσιν ἁρμόζουσι· ἔστι δὲ ὁ Ποσειδῶν τῶν γερόντων καὶ οὐ τῶν νέων, ὥσπερ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ Διόνυσος, καὶ ὁ Πάν. Τὸ δὲ Ποντοπόσειδον ἀντὶ τοῦ, ὦ ἄναξ τῆς θαλάσσης, ἤ, ὦ θαλάσσιε Πόσειδον. Habebant autem veteres et πρώτους θεούς, et πρεσβυτέρους, de quibus hic dicendi locus non est. Quod in postremo scholio legitur, non satis expeditum, neque dubito, quin labes haereat in πάντως a solertioribus olim delenda. Hoc voluit, non serio vocari

---

23 Τὸ δὲ Ποντοπόσειδον] separandum erat a praecedenti, ejecto δέ· nam et al-

Ἐὰν γάρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,
Ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται. 1055.

1053 ἆ ἆ.] Ὡς τοῦ νεανίσκου προσφέροντος τὴν δᾷδα αὐτῇ, ο λέγει· ἔστι δὲ ἐπίῤῥημα ἐκπλήξεως καὶ κελεύσεως.

1055 Ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην.] Εἰρεσιώνη στέμματα ἀπὸ πυλῶν 24 περιειλημμένα πλακουντικοῖς τισὶ κολύροις, καὶ ἄλ- τισὶ τοιουτοτρόποις, τοῖς τε ὡραίοις καρποῖς, καὶ ἐλαίῳ κεκραμένα. λιμοῦ γὰρ ἐνσκήψαντος, ἀνεῖλεν ὁ Θεὸς τὰς εἰρεσιώ-

ιαὶ κατὰ σύναφιν ἀνεγινώσκε- ὐ χρείαν εἶχε τῶν δύο τό- ἤτοι τῶν δύο ὀξειῶν· καὶ ι μὲν ἐκπλήξεως ὄν φιλοῦ- τὸ δὲ ἆ ἆ θαυμαστικὸν δια- ιαι. Haec, optimae no- sunt eo magis proban- quia *Scholiastes* ad v. 5. monuit esse κῶλον ιικὸν μονόμετρον βραχυκά- κτον· considera vero, an ιi praestet, ἆ ἆ, sicuti v. 896. Μή μοι πρόσφε- μηδαμῶς πλησίον ἐμοῦ φέ- O. LB. ἔμπροσθεν. D'O. ι] καταλάβῃ. C. LB. ἄ- ι. D'O. Παλαιὰν] κατά- ι. C. LB. Εἰρεσιώνην] κλά- λαίας ξηρόν. C. LB. στέ- ν, κλάδον ἐλαίας. D'O. μόνος quicquid Editio- vidi cum C. D'O. re- it: solus LB. μόνον.

ι πρεσβυτικοὺς, quasi ta- eoque nomine colerent sed per jocum in ve- enti exclamatione fingi, ut stuporem animi re nova perculsi vividius exprimat, et vim dictis addat: haud absurde.

24 Περιειλημμένα] A. et Fl. περιειλημμένα· quod sane ferri poterat ἀπὸ τοῦ περιλαμβάνειν. Neque tamen inprobo *Gelenium*, cui deinceps obtemperarunt, alteram μ delentem: pluribus exemplis constat, utraque verba εἴλημαι et εἴλημμαι inter se facile commutari: culpandus autem, quod eandem rationem non servaverit in Scholiis Equ. v. 725. ubi intactum reliquit θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημμένους per omnes Edd. propagatum. Ad proxima neminem miror adtendisse: πλακουντικὸς, etsi analogia non adversetur, nondum reperi, neque adeo, sicuti πλακουντώδης, in usu fuisse credo: nec forte quisquam est, qui κόλυρα, vel κολύρους cognoverit. Emendandi via duplex: pri-

νας πρὸ τῶν θυρῶν κρεμάσαι. 25 Εἰρεσιώνη δὲ θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων, καὶ θαλλοῦ συμπεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον καὶ κοτύλην (ἔστι δὲ μέτρον, ὃ νῦν καλοῦμεν ἡμίξεστον) καὶ σῦκα καὶ πάντα τὰ ἀγαθά. ταύτην δὲ τὴν εἰρεσιώνην πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθεντο οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ κατ' ἔτος ἤλλαττον· εἰώθει δὲ παῖς ἀμφιθαλὴς ἀμφ' αὐτῇ ταῦτα λέγειν,

mum πλακουντίοις τισὶ καὶ λύραις· multum juvat egregius *Suidae* locus ex *Menecle* in Διακόνιον· Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν καλουμένην εἰρεσιώνην ὅταν ποιῶσι, πλάττοντες λύραν τε καὶ κοτύλην, καὶ κλῆμα, καὶ ἄλλα τὰ (melius leges, τινὰ) κυκλοτερῆ πέμματα, ταῦτα καλοῦσι διακόνιον· unde liquido patet λύρας ab εἰρεσιώνῃ non esse alienas. Tum altera quoque conjectura praesto est, quae nec ipsa parvam habet veri speciem: πλακουντίοις τισὶ καὶ κολύραις, vel κολλύραις, nisi quis κολλυρίοις praeferendum putet. Κολύρας quidem, quae tamen rectius κόλλυραι scribuntur, *Hesychius* exponit, ἀρτίδια μικρὰ καθαρά· a *Suida* docemur, κολλαύρια, vel potius κολλύρια, ἐπιχωρίως esse τὰ λαλάγγια, et κολλυρίζειν τὸ τὰς λαλάγγας τηγανίζειν· ex quibus liquet, eas esse κολλύρας, quae cum ceteris scitamentis ad εἰρεσιώνην itidem adpendi mereantur: utra lectio sit anteponenda, Codex forte aliquis decidet; nam nihil hic in *Suida* praesidii, cui Scholium hocce primum exemplar suum non obtulit. Mox tolerari quodammodo posset, ἐλαίῳ ἐπικεχρισμένα· est enim in ipso carmine, quod εἰρεσιώνην ferentes decantabant, ἐλαίου mentio: sed verius est, quod olim *Kustero* adprobavi ἐλαίας ἀποκρεμάμενα, vel ἀποκεκρεμημένα· quo paeto si quis tamen retinere velit ἐλαίῳ, copulanda sunt πρὸ τῶν πυλῶν ἀποκεκρεμημένα, ut paulo post, πρὸ τῶν θυρῶν κρεμάσαι.

